


1

а·б·в·г·д·е·ж·ѕ·з·и·і·к·л·м·н·о·
п·р·с·т·у·ф·х·ѿ·ц·ч·ш·щ·ъ
ы·ѣ· ѧ ю ꙗ ѧ є·

azbuka

Excerpta super Apocalypsim Petri de Pictauia

Ista que sequuntur sunt excerpta
de reductorio sive repertorio
Moralium magistri Petri de Pict-
tania etc

Baal in singulari uel Balaim
in plurali interpretatur habens
vel devorans et signat mundum
Mundus enim sive mundi amatores
non querunt nisi habere et devorare de-
uorat enim mundus amans inquit in fat-
eas in inferno deuorari Babilon
Babilonia dicitur quedam regio in
Caldea ubi rex Nabuchodonosor re-
gnavit ubi etiam primus monarchiam
obtinuit caldeorum et signat peccatores
uel mundum vel infernum et sic Babilo-
nomus signat confusionem peccatoris uel
ipsum peccatorem In qua Nabuchodo-
nosor id est dyabolus dominatur In qua
sancti pueri id est virtutes in fornace con-
cupiscencie comburuntur et in qua
statua aurea id est amor mundi et divi-
ciarum a dyabolo erigitur et exaltatur
In qua Nabuchodonosor precepit ut
interficiantur omnes sapientes ut habetur
Daniel ij Et ideo est locus magne
stultitie est locus infamie Na ibi
Susanna fuit infamata sed tandem
liberata cuius tandem penitus subuersa
et subacta paulatim in se deficiens
monstrorum habitaculum est effecta Et ideo
est locus immunditie et stuporis
premissa omnia potest exponi de mundo
uel peccatore aut de inferno Baculus
Nota quod baculus viatori est necessarius
ut se sustentet et ut periculosa loca
facilius possit transire et ut canes
et cetera que eum impugnare vellet a se
repelleret et signat graciam divinam que hominem
se in temptacionibus sustentat et loca
viciorum transire et canes id est dyabolos
a se repellit David enim pugnaturus
contra Goliam habuit baculum id est ad-
iutorium gratie divine et nota quod quatuor
genera hominum solent portare baculum
scilicet senes et infirmi viatores et peregrini
pugnatores seu magnates pontifices
sive prelati Sic baculus sancte crucis

sine adiutorium gratie divine est necessarium
illis qui habent fragilem senectutem
ut sustententur Thobie baculum
senectutis nostre Item illis qui faci-
unt peregrinationem propter calamitates
Item illis qui habent bellum et gwerram
adversitatis ut innitantur Zach viij
virga et baculus in manu eius Item
illis qui presunt ut inito prelio vi-
deantur Iste enim baculus sancte cru-
cis memoria uel divine gracie et maxime de-
ceret hoc prelatos sicut signatur in
fabulis poetarum ubi Esculapius filius
solis pingitur cum baculo et cum ser-
pente in baculo involuto Ita ue pre-
lati qui solis id est dei filij sunt spirituales
baculum cum serpente id est cum cru-
cifixo tenere et in devocione et in memo-
ria semper habere Dicit von caluz plato
... iiij Regum iiij Accinge lumbos
tuos sicut vir et tolle baculum meum
in manu tua etc Basis Nota quod basis Basis
est fundamentum pes et sustentamentum
cuiuslibet rei et potest signare in moribus virtutem
constancie Et adverte quod sic patet ex scri-
ptura Exodi xxvj et deinceps et
iij Regum vij Omnia vasa tabernaculi
collocabantur super bases scilicet columpne
tabule altare mare eneum luces in
quo notum quod in tabernaculo seu in tem-
plo ecclesie nullum debet esse vas id est
nulla persona constancie status exi-
stat cum super potentes basibus collocetur
et cum super fide spe et penitencia sua
Sed non quod scribitur iiij Regum xxv scilicet
quod princeps milicie Nabuchodonosor
tulit columpnas rectitudinis ymaginaciones
continencie et bases fidei et constancie
et fortitudinis que Salomon id est Christus
posuit in templo nostrorum cordium Bea- Beatitudo
titudo Nota de beatitudine illud auctoritate
que scribitur Mathei xvj Beatus
es Simon Bariona ubi advertere quod si
ad beatitudinem volumus attingere ne-
cessaria sunt nobis tria primo quod
realiter existamus Simon inquit Item
quod humiliter audiamus Simon enim quod
interpretatur audiens uel obediens
Item quod semper vivamus Bariona ...
quod interpretatur filius columbe
Primum facit penitenciam Secundum

obediencia Symon tercium beniuolen
ciam bariona Qui ergo vult ad bti
tudinem dict primo esse pitalem psene
rencia et pstabilitatem Et ideo tal
debet esse ut columpna ypsius que
ita est firma q nulli oneri cedit q
est contra multos qui reueca sunt
similes columpnis de salice que statim
deficit et plantatur Sic isti in igna
perseuerant presistendo contra eos Seneca
dicit beneficio quod semel suscepisti
turpe est cui cedere Item Job Eris
stabilis et non timebis Secundo ne
cesse est q libenter audiam Symo
nis debemus enim esse sic delphi
nes qui diligunt audire melodiam
Sunt sunt quidem sicut draco qui
non delectatur audire vocem panthere
ymo fugit Sic fuit pilatus qui no
luit audire de veritate Eccia ti ii°
Si dilexeris audire sapiens eris Apo
k. i° Beatus qui legit et audit
verba prophecie huius et Luce xi°
Beati qui audiunt verbum dei
Tercio necesse est q simpliciter viuamus
Bariona enim q interpretatur filius
columbe quia nos debemus esse filii
in subiectione et simplicitate Math
x° Estote prudentes sicut serpentes
Columba enim est auis simplex
et pauida Et Eccia ti xxvi° Beatus
homo qui semper est pauidus Status
beatitudinis comparatur cuidam insule
que est in ybernia que est ubi ho
mines numquam moriuntur Est etiam
ibi alia insula ubi corpa numquam
corrumpuntur Sic vere celum est
talis insula eterna beata qui ibi sunt
non moriuntur nec morte nec in
firmitate nec corrumpuntur nec tri
bulantur Unde ps Benedicam
dominum in omni tempore quia semper
perpetue viuunt Et talis status non
est in mundo isto nec talis stabilitas
Sumus enim in hoc mundo similes
glaciei que nullam habet durabi
litatem vel firmitatem Eterna
faciliter frangitur et per calorem
resoluitur et in aquam et lutum
conuertitur et mutatur Sic vere homi
nes in hoc mundo sumus valde fragi

les quia per calorem modicum infirmitatis
vel plurimum aliamque aduersitatis
faciliter dissoluimur frangimur et tristes
samur Bellum bellare debemus
contra basiliscum monet bellum
et preualet contra ipsum Sic vere si cu
tha amare prime armati fuerimus
contra basiliscum i. contra carnem
venenosam statim inhitabimus
et vincemus Sed est hic contra multos
qui bello carnis non superant sed
vincuntur Similes elephanti q
in bello potius ad vocem suis
seu modicum procelle tulit terret
q virtutem bellandi amittit Sic
vere multi sunt qui in bello te
ptacionis vocem suis i. carnis
suggestionem talia timent q ab
ea superantur Unde in iiii° Regum
xx° viri bellatores nocte fugi
erunt Sumus quo sic illi de quibus
dicit apostolus Ebre xi° fortes fa
cti sunt in bello Nota quod de tribus
bellis primum bellum est bellum
consolationis et istud bellum debemus
pauere Sunt enim multi quos
dyabolus non potest vincere per tribu
laciones et ideo parat eis mundi
consolaciones scilicet diuicias et pre
ponit eos paruitatem delicias
luxuriam dignitates et eminencias
Et ideo dyabolus pugnat contra
tales sicut Cocodrillus contra Cetum
qui videns q cetum non potest
viribus superare effundit contra
eum fumum et aquam veneno
sam et ut sic eum inveniet
Sic vere hominem videns dyabolus
q non potest preualere contra
hominem effundit super ipsum
aquam venenosam i. mundi
prosperitatem et sic corrumpit eum
plurimum Eterna sicut videmus
multi sunt qui in statu paupertatis
tatis vel aduersitatis sunt boni
qui adueniente prosperitate vel di
gnitate efficiuntur mali luxu
riosi superbi Exemplum de Saul
et hoc fuit figuratum Regum xv°

vbi quartus angelus effudit phialam
suam in solem et datum est ei estu
afflare homines et igne estuaverunt
homines et blasphemaverunt nomen
dei Sic vero sepe accidit quod quamvis
homo sit sol i. vir perfectus et lucidus
et bonus / quando tamen angelus
scilicet sathane phialam venenatam in
dane prosperitatis super eum effundit
ipse efficitur raptor tirannus superbus
et homines scilicet subditos et virtuosos
estu i. igne tribulationis et rapi
narum affligit et ipsos per desperationem
compellit nomen dei blasphe
mare Sed contra istud bel
lum debet homo esse armatus
virtute temperancie quia videlicet temperate
debet mundi prosperitate vivere Secundum
bellum est tribulationis quod bellum
movet mundus impetum ergo mundi
tribulationum videlicet et infirmitatum debemus
cum paciencia sustinere Tales potis
sime tribulationes et iniurias infe
runt mali divites et maxime
mali iudices qui contra vicinos et
subditos et precipue contra pauperes
et bonos rapiendo iniuriando et
accusando falsa imponendo et diffa
mando belligerant atque pugnant
Sicut enim draco qui est inflati ca
loris est interdum bellum contra elephantem
quia cum elephans habeat multum
de sanguine frigido Ideo draco cupit
illum bibere ad calorem suum refrigeran
dum et ideo contra eum pugnat Sic
vere tamen quia dracones et tyran
ni sunt inflamati per cupiditatem
et crudelitatem Ideo sanguinem
elephantis i. substancias subditorum et
vicinorum desiderant bibere et attrahere
et ut sit ardorem suo avaricie va
leat mitigare Contra istud bellum
debemus esse armati virtute paciencie
quia scilicet debemus omnia fortiter tollerare
Tercium bellum est quod est potissime

timendum scilicet bellum infernalis demo
nacionis Et istud bellum fiet a deo
contra iniquos in generali iudicio et ideo
videtur quod tunc deus bellabit contra
iniquos sicut quedam fera quae Bo
hemia quae dicitur localiter ?? in lin
gwa bohemica de qua dicit auctor
de proprietate rerum Et quando avena fu
gatur tribus avenatoribus recolli
git aquam in gutture suo et pro
tus vehementiam eam calefacit quod
efficiatur quasi bulliens et tandem
contra venatores et canes convertitur
et ipsam aquam ferventissimam deo
cicit et eos innabilit exurit et af
fligit et ab eius persecutione resistere
sic compellunt Sic vero tamen fa
ciet dominus deus videt enim quod ve
natores et tyranni et superbi / quod etiam
canes i. impudici et luxuriosi in
saciabiles et avari ipsum cottidie per
diversa vicia persequuntur Ideo quamdiu
fugere et dissimulare videtur In iudicio
tamen ipse se convertet contra eos et aquam
ferventissimam pene infernalis contra eos
emittet / unde Ite maledicti in ignem
eternum Contra istud bellum armemur
nos bonis operibus ne tunc superati
bamus et Bene Nota scribitur
Marci viio Bene omnia fecit Nota
quod octo requiruntur ad hoc quod aliquis
dicatur integraliter esse bene Primo
ergo nos habeamus bene in locutione
peccata nostra confitendo deum laudando
et gratias referendo Unde ps Bene
psallite ei in vociferatione Quod
est contra multos qui omnibus hiis bonis
locutionibus videntur carere Similiter
pisibus et natalibus quae valet carere
vocere Quia vero mundi peccatores et ma
xime pistes et deliciosi voce divine
laudis orationis et confessionis videntur
penitus spoliati Quamvis multas alias
superfluas locutiones sunt multiplicat
habundantes figurati per illud filium quod
adductus est ad ihesum Sicut dicitur Marci ixo
Cui quamvis esset mutus spiritus tamen
malignus quando ipsum arripiebat fa

tebat ipsum spinnare Sic vero tales
quia in bonis locutionibus sunt muti
spinna malorum verborum scilicet detractionis
adulacionis iactancie et discordie
sunt imbuti Non sic karissimi sed ha
beamus bene in locutione Secundo
habeamus bene nos quantum ad boni pro
gressionem Quia scilicet debemus ambu
lare per virtutem obediencie ut signatur
de uno illorum de quibus dicitur Proverbiorum xxx
Tria sunt que bene gradiuntur scilicet
leo gallus et aries leo qui est rex ani
malium per quem intelliguntur boni supe
riores Gallus bene cantans per quem in
telliguntur veri predicatores Aries per
quem intelliguntur boni simplices et
inferiores Sed est hoc contra multos
qui bene videntur perdidisse virtutem
progressiuam in obediencia similes lima
ci qui est super omnia animalia tardi
motus Cuius eciam motus qui pungit
non ex hoc celerius progreditur ymo
penitus tunc arestatur Sic vero multi
sunt pigri et tardi ad bene ambu
landum et ad mandata dei et pla
torum obediendum Cum ymo si
a deo vel a prelato puniuntur vel pun
guntur per correctionem per effectum per certo
celerius ad execucionem bonorum operum
non mouentur quod peius est per
obstinacionem et inobedienciam penitus
indurantur Non sic karissimi Tercio ha
beamus nos bene quantum ad promptam
audicionem Quia si predicatores do
cumenta bonorum et monitores debemus
libenter audire Jeremie xlij° Bene
sit nobis cum audierimus etc. Quod
est contra multos de quibus per Nolu
erunt intelligere ut bene agerent Ideo de talibus
potest intelligi illud quod dicit Ysidorus in
libro Ethimologiarum quod in aliquibus partibus
Ethiopie omnia quadrupedia na
scuntur sine auribus eciam elephantes
Sic eciam pro certo multi sunt in Ethiopia
huius mundi qui auribus obediencie
videntur carere Quia scilicet nullum
bonum documentum volunt audire
vnde Exodi xj° Non audiet vos
pharao figurati sunt eciam tales

in illis iudeis Actuum vij° Qui conti
nuerunt aures suas ne audirent
stephanum Non sic karissimi Quarto
habeamus nos bene quantum ad claram
discrecionem seu visionem ut scilicet bene
et districte videamus et consideremus
illa que pertinent ad nostram salutem
Vt nobis dicatur illud Jeremie j°
Bene dixisti tu quia vigilabo su
per verbo meo ut faciam illud
Quod est contra multos qui bene non
vident ymo ad modum talpe videntur
oculis priuati quia nichil vident
nec considerant de pertinentibus ad sa
lutem Non sic karissimi Quinto dico
quod debemus bene adorare per deuocionem
quia scilicet fragrantas eterne felicita
tis debet semper ambabus naribus ado
rari de quo Luce vij° Si licet in
sabbato bene facere Sabbatum signat
requiem deuocionis Non sic karissimi
Sexto debemus bene operari per bonorum
actuum execucionem vnde scribitur
Thimo iij° Qui bene ministrauerint
gradum bonum sibi acquirent Sep
timo debemus bene gustare per compas
sionem scilicet miserias aliorum Proverbiorum
xj° Bene consurgit diluculo qui
querit bona scilicet aliorum Octauo
debemus bene sedere per prioratum Dici
tur membrum tunc dicitur esse bene
quando est in loco proprio nec nimis
alte nec nimis basse sed in loco
suo ordinato Sic illi dicuntur bene
qui consistunt in loco sibi congruo et
benefaciunt Nota quod ad faciendum
debemus esse velotes vnde Ecclesiastici
xiiij° Ante mortem bene fac amico
Ecce dicit ante mortem id est velociter
videmus quod pili et vellera animalium
pendent naturaliter inferius versus pedes
Sic vero vellus et indumentum diui
ciarum nostrarum et bonorum nostrorum
principalium debent inferius ad pedes hoc
est ad infirmos et indigentes et
pauperes et amicos pendere Ideo dicit
amico Et ideo dicit Elizeus vasa

vacua iussit implere sed hodie con-
tempnuntur vasa vacua et implet
divites Et tales sunt similes quibus-
dam thaurus aggressibus quorum
pili exteriores i. exteriores divi-
tie et possessio temporalium non sunt or-
dinati inferius et ad pedes i. ad
pauperes nutriendos immo vere ten-
dunt superius ad divites honoran-
dos et promovendos Cum enim in
brium leditur statim natura adiuvans
adiutorium sanguinis mittit ad
locum lesionis Sic homo quando
videt indigentiam pauperis celeriter
et libenter debet ei semper promptum
mittere i. necessarium subsidium
erogare Sed sic non faciunt
multi Secunda vere quidam sunt qui
nullam prorsus caritabilitatem volunt
facere alteri nisi cum magna vi-
olentia et precibus et labore quorum
beneficia non sunt grata Est enim
quedam arbor que emittit duplicem
liquorem unum quorum unus scilicet de arbore
emanat spontanee et iste est optimus
et dicitur in scriptura myrra electa
Et alio modo dicitur spata Item aliud
qui violenter per scissuras distillat
et iste illaudabiliter inditur Sic
vere inter duo genera beneficiorum illud
debet laudabilius iudicari quod
sponte et celerius erogatur Illud
vero illaudabilius quod per diversas
scissuras i. precum instancias extorquetur
Debet etiam homo benefaciendo at-
tendere amorem et caritatem secundum
eam auctoritatem preallegatam anime
tue Ceteris autem paribus magis tene-
mur beneficium facere parentibus et ami-
cis quam extraneis et remotis hoc
enim docet nos natura Cor enim magis
infundit de calore membris pro-
pinquis sicut sunt epar et renes
quam remotis sicut sunt manus
et pedes Fons etiam humiditatem
infundit aquam in propinquum rivulum

quam in remotum Sic certe homo magis
tenetur benefacere animabus propinquis quod
est contra multos qui proximis vicinis
et animabus non student benefacere sed
nocere Similes quibusdam porcis
qui omnes fetus suos devorare consue-
verunt Sic vere faciunt multi qui
amicos molestant depauperant
et consumunt Contra quos Apostolus
prima Thimotheum V° Si quis suorum et
maxime domesticorum curam non habet
fidem negavit et est infideli deterior
Debet etiam homo in benefaciendo
attendere vigorem et facultatem secundo
dicat in predicta auctoritate si in
vires tuas quia homo non debet dare
ultra quam facultates sue suppetunt
quod est contra prodigos qui superflue in
expendunt Similes quibusdam
arboribus que tantum in uno anno emit-
tunt de fructibus quod effectu steri-
les in secundo sicut contingit de oli-
vis Sic tales uno tempore tantum expendunt
quod postea sunt steriles per paupertatem
Sunt etiam quidam similes leoni qui
semper habet ungues clausos et cur-
vatos quando incedit timens ne cuspis
tiam leditur Sed quando accipere predam
tunc ipsos optime extendit Sic vere
sunt multi parci et tenaces quorum
manus semper sunt clause ad dandum
nisi forte quando accipiunt predam
et beneficia Nonus sit bonum et Benia- beniamin
min fuit minor filius Jacob quem
peperit sibi Rachel et interpretatur filius
dextere vel virtutis hic precibus filius
a Jacob diligebatur cuius etiam
Joseph in sacco Beniamin ciphum invenit
ut habetur Genesis xliiii° Et navis
etiam esset ultimus in ordine mense
maiorem tamen accepit porcionem Tal-
pro Beniamin est quilibet vir perfectus
Et maxime talis fuit Paulus qui
fuit de tribu Beniamin sicut ipse dicit
ad Phil iii° bibe Nota quod apes bibere
non bibunt nec comedunt nisi aquam
puram et claram Nam si apes aliquam

aqua stercora sua eiecerint ex ipsa
numquam bibunt amplius Sic ve-
rum apes i. viri sancti aquam puram
et claram doctrine gratie et scripture
bibere debent Nam aqua in qua
sunt feces et stercora i. stratum mida-
nam vanitatibus et erroribus et
stercorisata debent sancti viri fugere
et timere Unde prouerbiorum v° Bibe aquam
de cisterna tua Secundo hic est contra mul-
tos qui sunt similes equis qui aquam
turbidam diligunt et si clara fuerit
tum pedibus eam turbat Sic ve-
mundi sapientes plus diligunt aquam
turbidam mundane scientie quam
aquam claram doctrine scripture Isti bi-
bent potum eterne dampnacionis Unde
Ysaye xxxvi° Bibant urinam pedum
suorum Bethel In isto loco dormivit
Jacob quando vidit scalam In isto
loco luctatus fuit cum angelo In
isto loco edificavit altare domino
fundens oleum desuper Et interpretatur
Betel domus dei Iste est locus de
quo cantatur Terribilis est locus
iste etc. Dominus quod in domo dei
et maxime quando est dedicatio
domus dei dormire per contemplacionem
Scalam i. viam celestiam videre participa-
cionem angelorum invenire i. spiritualem
conversationem altare edificare per orationem
Oleum fundere per compassionem Secundo
consulit cum Gen. xxxv° Surge
et ascende in Bethel et habita ibi Est ergo
iste locus dignitatis et excellencie
firmitatis confidencie locus sublim-
itatis et maxime auctoritatis
Applica si vis in dedicatione alicuius
ecclesie quod scilicet homines in dedicatione
debent dormire angelos videre
et cum ipsis luctari etc. Secundo hic contra
multos Bethleem interpretatur domus
dei panis et significat paradisum ubi
est panis eterne felicitatis vel ecclesiam
ubi est panis gratie et sanitatis vel scri-
pturam ubi est panis instructionis et
vitatis Ista est domus panis in qua
dei filius a maria parietur et a pastoribus
inveniretur et regibus adoratur ab an-
gelis predicatur Ista est Bethleem
de cuius fonte et cisterna desidera-
bat bibere David ut dicitur Paralipomenon
xi° Anima vero verum David ma-
nu fortis i. quilibet vir perfectus sanctus
debet desiderare fontem i. gloriam
eternam vel fontem gratie et fontem
lectionis vel fontem fidei i. ut cre-
dat ibi Christum esse natum de virgine
inventum a pastoribus etc. Bis secundo
adverbium significat iteracionem et mul-
tiplicationem Nota quod in India est
una insula que dicitur trapo in
qua est bis annus in anno estas
ubi etiam arbores bis in anno fruc-
tificant Sic vero verum boni debent
bis fructificare bona opera immo
plures et sic plus habebunt esta-
tem gratie in presenti glorie in futuro
Unde Luce xviii° Ieiuno bis in
sabbatho Eciam cura de prima
confessione non potest esse plenarium re-
medium aptum immo oportet ut iterum
respondeat Sic homo durus et ob-
stinatus et in malis consuetudi-
nibus corruptus per unam correctionem
non potest bene imitari et converti immo
necesse est bis et plures ut cor-
rigatur et ideo Moyses bis per-
cussit petram ut habetur Numeri xx°
Et Christus bis expulit de templo
ementes et vendentes etc. Secundo
Nota quod iste numerus binarius primo
significat binarium duplicis caritatis
teste eciam Plinio ubi loquitur
de prodigiis quod quando sacrificia fa-
ciebant quedam reperta sunt in una
hostia bina corda Sic vero quicumque
deo offert bina corda i. duplicis
caritatis amorem hic tenet Se-
cundus binarius est bone societatis
Nam sicut dicit Plinius Illi qui se-
minant seu plantant palmas semper
consueverunt bina semina plantare
Illi eciam qui ligant boves semper
consueverunt binos et binos ligare
Ad denotandum quod illi qui sunt boves

Betel

Bethleem

Bis

Bini

p benignitatem et palma per vincte
honestatem semp deut bini pmi
tiam continentiam et caritatem esse
ligati Unde luce x° Et misit i°s
binos ante faciem suam precepit
eis donnus Noe ut de avibus
et de animalibus binos et binos
ducet in archam vt hetur Gen
vj° etc Bonitas Nota q in omi
accione nec non impedita sp illud
q bonum e et vtile eligitur Et
illud q malum e refutatur Sic
pz in corpe vbi natura de cibis
eligitur et retinet illud qd est
pruu et bonu Illud aut quod
est malum et corruptu reiciat et
emittit Sic habo illud quod
est vtile et bonu ad animam mit
cuda sz bona spualia det sibi
retinere Illa aut que sut impura
et mala sz vicia et pcta det su
gere et abiicere Unde Amos v°
Querite bonu et non malum Illud
etiam legimus in edificiis malis
reputatum esse bonu qd e magis
rectum Sic in edificio eterne Illa
vita vel ille actus magis repu
tandus est vtilis atqz bonus q
pvirtutem iusticie plus est rectus
Quod potissime ptinet ad pla
tos Nota ergo q homo omia q
ht circa se debent esse bona bona
vitam sz puniciam bona via
p rectitudinem Jeremie vij° Hec e
bona Bonam famam Ecclia ti
xl° Curam habe de bono no
mine etc Bonam conscientiam Thi
j° de bono corde et consciencia
bona r bonam efficaciam Mathei v°
videant opa vra bona et glorifi
Bonam conuersatiom j Petri ij°
conuersationem nra etc bona tpalia
Nota q bona tpalia bonis pfi
ciunt Nullis sufficiunt Malis
inficiunt in se deficiunt hnt ergo
in se defectiua Prima eim sua
principia intrinseca sunt corru
pta Ideo no possunt ee durabilia

Et ideo compant illi arbori fracte
et incise cui anectitur elephans q
elephantem cadere facit et sic ave
natore capitur de fragilitate illorum
bonorum Job xxj° Ducunt in bonis
dies suos etc Unde luce xij vbi
dicitur de illo diuite cui attulit
fructus vberimos sibi vide qualr
sunt decepti Secundo ista bona malos
inficiunt Quamuis eim mandragora
debite sumpta sit medicinalis sum
moderate tamen sumpta est inablit
uotiua hec eim virtutem congelati
uam constipatiua et mortificatiua
facit eim hominem immoderate dormire
et dum dormit congelat spiritus
et humores et virtutem mortificat
naturalem Sicut dt plato Sic ve
temporalia bona bn vtentibus psit
sed male vtentibus inficiunt Quia
hominem faciunt dormire delectari
congaudere et dum sic nos adiuuit
paulatim congelat ipm p indeuo
tionem et finaliter ipsum mortificat
p multorum criminum gnationem Tercio
dico q ista bona nullis sufficiunt
Cuius racionem assignat Augus dt eim
Quod cor humanum capax est dei qui
est infinitus Ideo nullum bonum
finitum pt illud reple Animam
ergo dei capace nichil vmq potest
replere Sunt eim de natura aceti
quod hz prouocare appetitum Sic etc
Quarto dico q ista bona bonis p
ficiunt Sicut eim humor terre arbori
pficit eam nutriendo Sic boni ad sup
fluitatem sed ad necessitatem temporalia
recipiunt Ad Ro viij° Scimus qm
di: dem omnia etc Quarte eim fit
q vim nocet alteri pficit Com semen
iusquiami animalibus est mors q
tamen passeribus est cibus Sic
ve tpalia bona animalibus i pcto
ribus et carnalibus ipis vti nesci
entibus est causa mortis eterne
Passeribus aut et auibus i viris
discretis et spualibus qui ipsis bn
vti sciunt est cibus et adiutorium Ecli
Ecclesiastici xiij° Bona est substancia

cui nō est pctm et nequissima parup
tas in ore impij Sed que est rō
q illud seme venenosum nō nos
passeribus dicit Aluicenna q pas
ser hz strictissimas venas Et ideo
fomes semis in ventre recepti non
potest ascendere p venas vsq ad
cor ad eū mortificandū Cuius tamē
contrariū est in alibus Sic vē illi
bōni qui hnt strictas venas cordis
sicut sunt viri iusti isto semie nō
leduntur Cuius racio est quia fomes
eius i amor et affectio istorum bonorum
tempaliū ad cor eorum nō attingit
iuxta illud Diuicie si affluant
nolite cor Cuius tamē contrarium
inuenitur in pctoribus et mundanis
hominibus qui hnt venas i. consciēcias
latas Vnde Ecclastici xxxix° Sic
omnia bonis in bonū et Sic imp
ijs et pctoribus in malū conuertuntur
Contempti ergo istis tempalibus appe
tamus bona eterna Vnde Math
xvij° Bonū est hic nos esse vbi
est locus sanissimus et securissimus
Compa ergo locum istum loco mōtis
olympi vbi ppt suam altitudinē
nec grando nec turbo nec aliq mala
impressio attingit hnt etiā ista
bona complementū in sterilitatis
Et ideo compa ipā insule fortunate
in quibus omnia bona sponte na
scuntur Dequibus in pso° Circa mū
Bos bona et Bos in malo signat etērna
litate siue carnem siue malū hoiem
Nam sicut bos animal magne car
nositatis magne tarditatis magne
penalitatis et laboris Iugum col
lum eius Iugo subicit receptū iugū
nō abicit bubulco obedit et ei se
subicit Item stimulis pungitur
retrocedendo pascitur scdm pli
niū Sic pctor est carnosus et
pinguis p voluptatem tardus
p pigricie tarditatem penalis et la
boriosus ad exercendam omnē in
iquitatem Et retrocedendo p obstina
tionem deo et platis contradicendo
In mundi pascuis et pssionis dpasci
bubulco i dyabolo subiciat Sti
mulis malarum consuetudinum
pungitur Sic de singulis dilatando
Talis fuit ille dequo luce xiiij°
Iuga iuga boum emi Et pcto
res hodie sunt multi signati
p illos boues dequibus habetur
in iij° Reg vij° vbi dr qd salomō
fecit mare eneum et subtus po
suit duodecim boues sufflos quorum
quidam respiciebant orientem Alij
occidentem Alij ad austrū Alij
ad aquilonem Isti boues sunt
homines cupidi et auari qui in ma
ri i amaritudine tribulacionum
sollicitudine sustinent et portant pe
nas acquirendas et sunt duode
cim quia sunt multi Et respiciunt
ad omnes ptes mundi qr discurrunt
ppter lucra p sequenda et inueniendū quē
in qualibet parte mundi Et sunt isti
pctores similes quibusdam bobus
Indiae qui hnt tria cornua et pe
des equinos Scdm Bedam in
libro de ymagine mundi Sic
vē multi sunt qui pedes affec
tionū hnt equinos p luxuriam
et hnt tria cornua p triplicem
supbiam Quia isti supbiunt de
diuicijs de nobilitate et pulchri
tudine Non sic bonū et brachium brachium
num In brachio viget hominis ma
xima fortitudo Et ideo in scriptura
communiter ponitur p virtute et po
tencia Est ergo vnum brachium
dominū xpc dei filius quo me
diante pater opatur quidquid
facit Vnde luce primo Fecit
potentiam in brachio suo Nota
ergo q brachium constat ex carne
et ossa et medulla et ex copali
substantia que est caro et ex ūdecitate
que est ossa Item brachiū substā
que est dura in signat eius car
nem at que est mollis signat
eius clemenciam Vnde ipse est
illud brachium dequo ammiratiue
dicit Ysa liij° Et brachium domini

cui reuelatum est scilicet quantum ad
incarnatonem quasi dicat paucis
Et nota quod brachium est primitiuum
redemptiuum et deffensiuum Est
primo primitiuum quia per illud pugnatores
homines primuntur Unde in psalmo
sub brachio virtutis tue deposuisti
aduersarios meos Secundo istud
brachium est redemptiuum quia sicut
debiles per istud redimuntur brachii
in cum sit extracto sanguine per cuti
totum corpus a periculis redi
mitur et liberatur Sic vere istius
brachii in minimo facta est corporis
id est generis humani redemptio Unde
in psalmo Redemisti in brachio tuo
populum tuum filios Jacob Et Tercio
brachium istud est defensiuum
quia per eum viles et debiles prope
deffenduntur brachium enim pro toto
corpore vberibus se exponit oppo
mat etiam in brachiis portat
filios et infantes Sic isto brachio
pro nobis in mortem extenso nos su
mus deffensi et ab ipso portati
et sustentati Unde Osee xi°
Portabam eos in brachiis meis
Nota etiam quod brachia sunt circa
corda Et ideo quidquid cor amat
brachia amplexantur et ad cor tra
here nituntur Sic vere nos tenti
sumus per Christum ad deum patrem
Secundum brachium est fluidum et sine
firmitate vigore Ut brachium de
ceptorum et adulatorum Sicut
enim quedam animalia que habent bra
chia sine ossibus sicut sunt po
lipi in mari quecumque amplexantur
hominem ipsum facilit submergunt
Talia brachia sunt adulatores
et amici carnales et impudice
mulieres ossibus fortitudinis ca
rentes Nam illos quos ample
xantur et diligunt suis malis
exemplis et amplexibus subm
ergunt Ideo istud brachium potest
dici carnea Tercio sunt inter
ora et per ista brachia intelligitur
caritatis amplexus Nam sicut in
Plinius et Ouidius tangit si pue

brachiis sepelicitur mira efficitur
scorpio Unde Ouidius tractoris
equoreis si demas brachia cancri
terra supponas tete de parte sepul
ta Scorpius exibit cauda qui mi
nabitur vnca Sic vere dico quod si quis
brachia id est virtutem huius caritatis
perdit et sub terra parauaricia sepelli
et Scorpio id est venenosus et pessimus
efficitur et in proditorem impiuo co
mutatur ad Cor xiii° Si caritate
non habuero nihil sum et Breuitas
Nota quod breuitas est commendabilis
et ista est breuitas mortis considerata
Sicut enim aues fluuiales breuem
habent caudam Econtra si habent lo
gam impediuntur in natando secundum
quod lxiii Sic vere caudam que seq
tur nos id est finem et mortem demus
in nostra ymaginatione habere breuem
et velociter affuturam Econtra illi qui
habent longam caudam qui diu spe
rant se viuere faciliter auaricie
spirituali id est aspectu bonorum operum re
tardantur in flumine huius mundi
Ideo de tali breuitate dicit Ecclesiastici
xi° breuis in volatibus apis Et
i Cor vii° Tempus est breue
est Secunda est breuitas con
stabilis et ista est breuitas vite
Sicut enim planeta quanto est terre
vicinior tanto circulus suus est bre
uior Sic patet de luna que est ceteris
propinquior Ideo breuissimum habet circu
lum quod vno mense peragit zodiacum
vbi saturnus per triginta annos moratur
Sic vere nos qui sumus in hoc mundo
breue vite circulum tamquam circu
culus vite humane est breuissimus
Unde Job xiiii homo natus de muliere
breui viuens tempore Et prosequere
illam auctoritatem et inuenies huma
ni generis multas miserias Tercia
breuitas est illaudabilis quando scilicet
homo ita breuis est spiritualiter quod non
se extendit per aliquod bonum opus
Nam sicut tibia vulpis dextra breuior
est quam sinistra Et ideo apparet ut
est ipsam continue claudicare Sic
affectiones bone que per dexteram tibiam
designantur in multis sunt ita
breues et pauce quod non possunt se extendere

Breuitas

longe ad bona affectanda nec ad ami
nicos diligendos Sed tantum ad ista
que sunt ipse scilicet ad bona mundi et
ad amicos Et ideo tales spiritualiter
clauderunt et obnubilat Item est
quedam brevitas prosperitatis et est ista
similis nebule que breviter finitur
Item est brevitas sublimatis unde
Ecclesiastici x° Omnis potentatus vi
ta brevis Item est brevitas fidel
litatis et inconstancia et laudis hu
mane Et ista est brevitas ypocritarum
qui sunt similes fictis stellis que de
nocte lucent Item est brevitas
illorum qui quadris bene quamvis bene inci
piant breviter tamen durat Nos sic
karissimi

Cadaver est quoddam
cadaver quod debemus
videre i. cadaver nostrum futurum
conditio scilicet conditionis corruptionis
et mortis Omnis debet consideracione
et diligencia providere sicut de Samsone
dicitur Judicum xiiii° Et ipse
declinavit ut videret cadaver leonis
Et dicitur ibi quod favum mellis invenit
in cadavere Anima renata Sampson
i. quilibet homo iustus debet quamvis
a tumultu secularium negociorum decli
nare ut possit de cogitare et leonum
i. tyrannorum cadavera qualiter scilicet
ab eorum vita pori distrepant respice
et videre Et profecto si fecerit favum
mellis i. dulcedinem devocionis ibidem
poterit reperire Constat enim quod con
sideratio mortis malorum et corruptio
corporum viventium est generatio devo
tionis et castigacio viciorum Teste
enim plinio Anima baselisci vivus
venenosus sit Cadaver tamen eius in
multis proficit Anima alicui ubi est
inmstas valutaces et araneas repellit
Sicut exemplificat de pergamenis
qui nobile templi appollini constru
xerunt et ibi cadaver baselisci po
suerunt et sic ab ingressu templi pro
dicta animalia perpetuo submoverunt
Sic vere quamvis caro omnes sit ve
nenosa et vita malorum periculosa
Cadaver tamen i. mors eorum consi
derata et in templo cordis recondita
est utilis atque bona Unde enim superbias
inmstas i. luxuriam et araneas i.
avariciam eicit et expellit Cadere
Nota quod est quidam casus qui fit per
humilitatem similem cadere
enim de sui natura ad consideracionem
mortis mediam et infernum et propter
utilitatis quasi a suo statu cadit
Sicut de delphine testatur de los
quod audito tonitru primo efficitur
quasi ebrius et cadit ad profunda
maris Sic nos deinde facere au
dito tonitruo septimo diem et ma
datis dimus inebriari per compunctionem
ad profundum maris deinde cadere
i. futurorum amaritudine considerare
de tali casu dicitur Thobie xii°
Cumque hec audissent turbati sunt
et ceciderunt in faciem suam Sed
enim quedam aves que loco sunt
tum tutissime in arboribus que
caderunt ad mare statim revivi
scunt et volant Sic sepe accidit
quod dum homo est in arbore emi
nenciarum et diviciarum si cadit per
humilitatem revivisit et volat
ad bonas affectiones Secundo cadit
homo per mortalitatem naturalem Nam
sicut cadit fructus de arbore humi
nite cadit in terram et putrescit
aut per maturitatem nimie senec
tutis aut per violenciam alicuius
accionis vel adversitatis unde
Ysaie pl° Vere fenum est populus
Exsiccatum est fenum et cecidit
flos Tercio cadit homo quantum
ad animam et hoc tripliciter quia
quamvis in purgatorio sicut elephas
qui cadit ex arbore fracta cui
innititur Anima barrit et gemit
auxilium aliorum (deinde) clamo
rem alii conveniunt et subveni
unt si possunt si autem non possunt
saltim compatiunt In hac causa
nos deinde animalibus per suffra
gia subvenire De hoc casu dicitur
Ysaie xxiiii° Animi se explicavit
de laqueo cadit in foveam laqueus
enim est mors que omnes illaqueat
post mortem venit fovea purgatorii

que mortis laqueo preuisto suffocat
Item quantum ad animam cadit
quis homo in inferno et iste est casus
fulguris qui quamvis luceat et
ardeat tamen tamen partes terrestres
admixtas necesse habet cadere et
se in terram profunde et numquam
sursum amplius evolare Sic
vere peccator qui more fulguris
in acie hominum inter fulget et ar-
det effulget quo ad prosperitatem
Ardet per cupiditatem Sed tamen
propter terrenitatem viciorum quam
habet permixtam ad inmotum necesse
habet cadere per mortem et per dampn-
nacionem eternam ad inferiora in-
troire et numquam redire Unde
Amos v° Cecidit et non addiciet
ut resurgat. Et Apoc. viij°
ubi cecidit stella magna de ce-
lo ardens quasi facula Et per eam
cadent in [illegible] eius peccatores
Item cadit homo quantum ad animam
in paradiso et iste est casus boni
Sicut enim lapis naturaliter cadit
ad centrum Sic anima beati naturaliter
ad deum Item sicut palaustia
qui est flos malegranati quando
cadit solet recolligi et in apo-
tecam reponi et medicine usi-
bus reservari Sic bona anima
quando de corpore cadit ab angelis
recolligitur et in apotecam paradi-
si reponitur et reservatur Unde
in ps° Impulsus eversus sum
ut caderem sed dominus suscepit
Calor me etc. Calor Nota quod calor in-
flamat Sic dileccio dei et caritas
animam inflamat et accendit
Est enim caritas similis uni lapi-
di qui dicitur eliotropia qui talis
est condicionis quod positus in aqua
ad radios solis facit eam stati(m)
bullire Sic vere caritas quando
in corde alicuius subintrat necesse
est ut pro bono desideria ebulliat
et calefiat Sed quod est contra multos
similes aliquibus fontibus quorum
non potest calefieri aqua penitus
unde dicitur quod in Caturcino est
quidam fons cuius aqua in illo

igne potest calefieri nec bulire Sic
vere multi sunt frigidi et tepi-
di p[ro]cedu[n]t et p[er]manent q[uod] in nullo
possunt calefieri per caritatem et deo
Et quod maxime patet in divitibus
odiosis prelatibus et avaris qui
nec deum nec proximum voluerunt
amare figuratur in David iij°
Regum j° de quo dicitur quod cum operie-
tur vestibus non calefiebat
Contra vero tales qui vestimentis
bonorum temporalium sunt cooperti
vix aut numquam possunt esse per
caritatem et amorem calefacti
sed eciam hic allegari contra hypocritas
qui vestibus bone conversacionis
operiuntur et tamen calore dileccionis
non inflamantur Unde Aggei
primo Cooperuistis vos et non
estis calefacti Non sic carissimi
dico secundo quod ardor penetrat
et sic signat fervorem contricionis
Calor enim solaris penetrat usque ad
inferiora terre et ibi lapides et
metalla generat et producit Sic fer-
vor contricionis debet penetrare cor-
dium et ibi virtutes et gracias generare
Est etiam contricio sicut calor sub-
intrans alembicum ubi dissolvit
rosas et exinde facit aquam rosa-
ceam distillare Sic vere quando
fervor contricionis subintrat alem-
bicum cordis dissolvit et annichi-
lat herbas viridis id est vicia et peccata
et aquam scilicet lacrimarum facit exinde
fluere et exire Sed hic est contra
multos qui non isto calore sed
calore malicie et avaricie sunt calidi
qui sunt similes Calcedonia qui
calefactus attrahit ad se paleas
Sic avarus calore avaricie estuans
paleas bonorum temporalium attrahere
sive acquirere non cessat Aliqui re-
plentur calore iracundie qui cor
humanum inflamat similes Casta-
nee que sine apertione cortices in
igne ponuntur propter calorem inclu-
sum corticem rumpit fumum emittit
exterius salit et exit Sic vere calor

et furor iracundie in homine motus facit hominem impacientem
et blasphemare et detrahere et
Est et alius calor qui decoriat
quod patet in pipere prius albo quod tamen
calore nigrescit Sic luxuriosi et
adulteri se decoriant depauperant
et deficiunt Nota bene Et
Caligo Nota quod est quedam caligo sta-
bilis et penitencialis Et ista est ca-
ligo contricionis Ista est illa cali-
go in qua dominus habitat Exodi
xixo veniam ad te in caligine nu-
bis Item est alia caligo humilitatis
qua boni abscondunt bona Est enim
humilitas quedam caligo spiritualis in
qua lex divina Moysi i. racioni
datur Unde Moyses acceptus le-
gem accessit ad caliginem Exodi
xxo Certa caligo humilitatis est
necessaria ad hoc quod homo cogno-
scat dei iusticiam Item est caligo
quedam fugienda scilicet obscuritas ab-
sconsionis et falsitatis qua scilicet mali
volunt abscondere mala et maxime
usurarii et luxuriosi Unde Job xxiiii
Oculus adulteri observat caliginem
Tales enim sunt similes hircis qui
in loco caliginoso consueverunt egere
fetores suos Certa scilicet tales volunt
facere in occulto fetida facta Item
est caligo eternalis Caligo enim luci
opponitur Sic enim ponitur in libro
haytonis de historia tartarorum
In georgiana est quedam provincia
dicta aunsen ubi credunt homines
in eterna caligine habitare qui scilicet infi-
do cinque vallis profundissime inter
montes ubi est horrenda caligo et
ubi nunquam homo est accessus Audiuntur
latratus tamen gemitus equorum
fertur ut ait quod iste sunt quidem exa-
homini peccatorum qui terre motu descen-
derunt ad yma nec per modum exierunt
sed in perpetua caligine remanserunt
Illud etiam inveni in quadam mappa
mundi antiqua in descriptione yberi-
me seu georgiane Tales enim videntur
esse mundi peccatores vel dampnati

inclusi in ymo inferni luce gracie et
visione sciencie privati Unde illa terra
decima dicitur Terra opaca mortis cali-
ginis Non sit bene Calix primus
calix est gracie et scripture inspiracio et ir-
rigacio de isto calice bibunt totem-
lanter i. viri spirituales et devoti qui
scilicet calice gracie et scripture solent ines-
lari Figuratur in ove paupertatis
pauperis hominis qui ovis cum filiis
eius ab eo nutrita crevit apud
eum de pane eius comedens et de
calice bibens et in sinu dormiens
Certa tenera anima devota et totem-
latina a paupere Christo passione cum
filiis i. cum sanctis eius a.s. enim
in eterna nutritur et ibi nutrita cre-
scit et augmentatur pane eukari-
stie cibatur et calice gracie et scripture
potatur De isto primo calice dicitur
in psalmo Calix meus inebrians Secun-
dus calix est temporalis tribulacio et de isto
bibunt militantes qui quasi Christi
milites secundum exemplum Christi passiones
pacienter sustinere Luce xxiio De
recepto calice gracias egit Christus enim
fecit probam quod bibit primus
Tercius calix est eternalis recreacio
et de isto bibunt triumphantes scilicet
sancti in patria inebriantur calice
consolacionis eterne psalmo Dominus
pars hereditatis mee et calicis mei
tu es qui restitues et Quartus calix
et potus est malus et iste est calix
mundane prosperitatis dicitur figuraliter
Apocalypsis xviio Et ipse vidit sedere
fornicatricem que dicebatur babilon
super bestiam rubeam mulierem que
induebatur purpura et bysso plena
etiam nominibus blasphemie et
ebria fuit sanguine multorum Ipsa cali-
cem aureum portabat ubi potum
abhominabilem bibebat et desidebat
Mulier Ista signat mundi prosperitatem
que ad modum mulieris mutabi-
lis est et vana Ista dicitur esse
induta purpura quod est regium vestimentum

quod continet peccatum superbie dicitur sedes
propter peccatum accidie / dicitur fornicaria
propter peccatum luxurie / dicitur plena nominibus
blasphemie propter peccatum castrimargie
Quod dicitur quod ebria fuit sanguine
propter peccatum iracundie / Dicitur habens
poculum i. calicem aureum propter
peccatum avaricie Et ista mulier dicitur
Babilon quod interpretatur confusio
propter deordinacionem omnimode deve
gnitie Ideo dicitur Ier. Calix aureus
Babilonis Camelus portandis
oneribus se inclinat Camelus enim grece
dicitur curvum latine Nota ergo quod came
lus ultra consuetam dietam non va
dit Nam si aliquis ultra consue
tam ducere voluit totum onus
reicit et deponit et signat super
biam et impacienciam Cum enim si omne
aliquid mandati a prelato imponitur
per inobedienciam a se repellit Item
camelus habet in ventre quatuor di
stinctiones Sic peccator in ventre ha
bet quatuor distinctiones peccatorum scilicet
ibi cogitacionis delectacionis consensus et opera
cionis Item camelus habet supra se magnum
gibbum et signat avarorum qui habent ma
gnum cumulum diviciarum Item came
lus est inimicus equi et est animal
ruminans Sic peccator est inimicus
predicatorum et ruminat per desperacionem
Item camelus habet asperos pilos Sic
quidam habent asperam conversacionem Item
et Avicenna Quod camelus inter
animalia solus calvescit Unde igitur
quod dicitur Levitici xiii° Cum in cal
vicio oriebatur quoque macula alba
vel ruffa et sic calvus reputabatur
leprosus Sic vere quod in spirituali vi
tium calvicio nascitur macula ruffa
i. ypocrisis vel alba i. vana gloria
ut puta quando quis manifestat de
elemosina gloriatur vel confessione
vel quando ad ostentacionem talia facit
talis pro eo debet reputari immundus et
leprosus Capilli enim sunt capitis
ornamentum et signat virtutes Et ideo

calvicium signat defectum virtutum et vi
tium Esse ergo sic calvum est ma
gnum vicium De talibus dicitur Ezech. xxix°
Facilius est turpe camelum per fora
men acus Et Non sunt ergo tribui [?]
cameli Campus enim secundum Ysidorum Campus
est locus inter civitates ad prolem
dum et ad propagandum aptus et signat
mundum Sicut enim agricole in campis
laborant et operantur Milites cer
tant et preliant Aucupes venantur
Item in campis pecora a feris et lupis
devorantur et innocentes a latronibus
occiduntur Item ad campos proiciuntur
cadavera et omnia vilia et corrupta
Item in campo edificaverunt gigantes
turrim Gen. xi° Sic vere iste mundus
est locus laboris certaminis et inhabi
lis in certe prosequens de singulis Iste
est locus de quo dicitur Luce vi° Ste
tit angelus Ihesus in loco campestri
et turba discipulorum cum eo Et iste
fuit ut Ihesus veniens per incarnacionem
stetit per passionem Et nos de isto cam
po liberavit et introducet ad civita
tem celestem Iste est campus de quo
dicitur Jeremie xxxix° Comprehen
derunt Sedechiam in loco solitudinis
Unde de Josyas bono rege legitur ii°
Paralipomenon xxxv° quod Pharao occidit
eum in campo Maggeddo Canaan Canaan
Nota quod Canaan fuit filius Cham
filii Noe qui patrem inebriatum deri
sit / dicitur etiam Canaan ipsa terra
quam ipse Canaan habitavit Et quia
habitatores eius fuerunt pessimi demo
nes filios et filias immolantes Ideo
populus ille de terra illa sublatus est
et filii Israel introducti Et sic terra
prius Canaan fuit iudea vel Israhel
nominata Signat autem mundum vel mun
danos Interpretatur enim negociator vel
possidens vel emulator Homines vere
mundi non querunt nisi lites et negocia
tractare terras et divicias possidere
et aliis emulari et invidere Et ideo
patriarche scilicet Abraham et Isaac terram

canaan dimiserunt et in egyptum pe
regrinatum iuerunt et vxorem ibi
accipe voluit Sicut dicit Gen
xxviiio Cma pcto sancti in medio
et eius negocijs noluit habitare mo
taliter nec vxorem i mundi psperi
tatem ibi accipere temporaliter ymo
in egypto qui interpretur tenebre
i in obscuritate tribulacionum peccati
corporalit Et sic cananei sacri
ficabant filios suos demonijs
Di mundum magis voluit filios
deputare vicijs quam deo et eius
obsequijs Et sicut mamma deficit
qui filij post attingere terminos terre
canaan Sic vere religiose et cler
mamma deuocionis deficit quando
terram canaan i mundum et mundi
negocia plus debito frequentant et
tangunt De ista terra fuit illa
cananea de qua luce xvo cuius
filia a demonio torquebatur necesse
ergo erat ut ihus illuc secederet
ut iam non demonijs sed sibi fi
lios et filias offerrent et Candor
Candor Nota licet basiliscus sit venenosus
tamen candido diademate decoratus
et coronatus Sic ypocrite licz sint
venenosi et maliciosi peccatores et
nunquam sunt in diademate candido i
ficta castitate et sanctitate coronati
Talis tamen candor signat prum
dorem lepre leuit xiiio dicitur
enim ibi quod candor in cute significabit
lepram in carne Cma candor
ficte castitatis designat lepram ypo
crisis puritatis Et talis fuit ille
de quo dicit xxiiio percuciet te deus
paries dealbate quia sez tales adeo
percucient finaliter Et Cane cantare
Nota quod cantus est emissio vocis
in diuersitate concordi et signat in bo
no officium oracionem laudem et gra
ciarum accionem et ista cum diligen
cia est frequentanda Nota ergo quod ista
est dra inter aues et potissime
vole libenter et delectabiliter solent
cantare Sic vere ista est dra inter
bestias peccatores et aues i probos bo
nos et iustos Cma iste bestie in
cantu spuali et leticie intellarentur
se delectant Aues vero i spuales
cantu salutis frequentant In figura
apoc xiiiio vbi dicitur quod ante sede
agni erat multitudo maxima illorum
qui cum cytharis suis cantabant
canticum nouum Et dicit ibi quod habebant
quatuor condiciones Sibi enim erant
empti de terra sine macula quod virgines
et mulieribus coinquinati non fuerunt
Et in ore eorum non erat inuentum
mendacium Et sequebatur quocumque
ibant Iste agnus est xpus ergo
quo spuales cantores debent reale
opulenciam abdicare Empti inquam
de terra Sicut enim fistula non potest
bene cane quamdiu est plena ymo
necesse est quod sit vacua quia alias
non bene sonat Sic vere homo
nunquam cantat bene spualiter nisi
ab amore temporalium vacuet Dicit
enim hic empti erant de terra i de a
more terrenorum exempti Similiter
enim tunc melius cantat quando
a terra extollimur Ideo dicebant
quidam cantores Quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena quasi
diceret non potest fieri nisi ab ista
terra exeamus Contra est contra multos
qui non sunt empti de terra sed ma
gis plantati in terra Auaricia
enim est similis lupo Cma lupus
est vorax Nam si respiciat hominem
aufert sibi vocem ita non potest cane
seu loqui Auaricia enim lupi cor
rumpit aerem Sic vere homo qui
lupina voracitate continuet scilicet
eos quos tenuerit cantum spualem
aufert Non sic ergo sed abiciamus
temporalia quod est contra peccatores qui tu
multa cantant Secundo dico
quod si volumus spualiter cantare de
bemus carnalem concupiscenciam prouacare
quod ostenditur cum dicitur hij sunt qui

tud mulieribus no sunt coniquinati
Sic em tympanum qd est pinguwe no
pt bene sonare n ymo necesse
est qd sit valde siccum Sic ve illi
qui sunt valde pingwes pcarna
litatem no possunt bn sonum dine
laudis et confessionis cantare Sm
mo necesse est qd sit homo siccus
pcastitatem et abomi carnalitat
pinguwedine exiccatus Cantus
em et laus psonarum mundanarum
et pdicatorum est deo inabilis grossi
et dyabolo continus Cantus em
galli albi timetur inabilis a leo
ne Gma reuca leo i dyabolus cantu
galli albi i homines casti et puri
umbrum timet et fugit Nam can
tante gallo conuersus est Petrus
dicitur em de eo Mat xxvi
Egressus foras fleuit amare Ecce
quo eum diabolus reliquit sicut introduc
hit decantu Dauid in cythara quo
spus tunc Saulem no vexabat 1o
Regum xvi Tercio dico qd si vo
lumus bene spualit cantare nos
debemq abdicare omne mendacium
Sic em raucedo vocis impedit can
tum Sic mendacium stultiloqui
decepcio et iactancia que sunt quasi
raucedines spuales no pmittunt
hominem spualit bn cantare No
ne em mendacem intra omnis mala
cogitacio Certa qd sicud quasi mul
tiplex est cantus sz nimis altus
nimis falsus nimis raucus et
et nimis blandus Cantus iactan
di est nimis altus Et tales similes
sunt cuculo qui alte et continue
canunt Vociferantes nichil dicunt nisi
descripsio kuku kuku Sic nec
iactatores loquntur nisi de se et suis
factis et suorum Ideo istis decipiente
dicitur Ysa xxiii Bene cane
frequenta canticum meretrix oblivio
ni tradita Item cantus falsus est le
ticia mundana que falsa est et
vana Et tales sunt similes ago

que est auis que continue vult in
fluminibus conuersari Et nunq cantus
est signum et periculum mortis sic dic
vere cantus et leticia mundialis quas
exercent homines qui in fluminibus diui
ciarum viuunt est signum qd mors eterna
eos subsequetur Unde Amos viii
Conuertam omnia festa vestra Item
cantus raucus est detractio et deri
sio Et tales sunt similes rane que
cum voce sua rauca continue vult
cantare quamdiu neminem videt
Sic detractor in absencia no in pn
cia semper murmurat et diffamat
Tales em cantant de alys nimis
rauce i nimis detractorie diffa
matorie seu male Sunt tales eciam
similes vlulis que sunt aues noc
turne quo clamando et deridendo
videntur cantare Item cantus bla
dus est adulacio et suggestio Et
tales similes sunt syrenis que
suo cantu trahunt nauigantes ad
naufragium Gma sz cantus adula
torum et lupinosorum et malorum
suggestionum et maxime hereticorum
est multis causa periculi sempiterni
Ideo de talibus dicit Amos v
Aufer a me tumultum cantuum tuorum
Cantica lire tue no audiam Nos ergo
sed abscidamus loquacitatem si volu
mus dicere canticum deo tercium Certo
dico qd necesse est qd simus humiles
et obedientes Unde dicit sequitur
agnum Sequi significat obedienciam hu
militatem et subiectionem Qui em bene
et delectabilit vult cantare Sequimini
dr Mat iiii Petrus et Andreas
relictis retibus et discordant em
a talibus qui no volunt tales imitari
quorum cantus deo no est gratus Canis
signat hominem virtuosum et hoc quadru
plici racione Primo propter fidelitatem
Gma scdm Plinium Canis pro ho
stibus se exponit occiso se associat
et homicidam suo latratu prodit et ma
nifestat Sic ve vir fidelis dominum suum
sz deum vel benefactorem debet diligere
et recognoscere et pro deo usque mori

Canis

et opponendo se contra adversarios fidei scilicet
dyabolum et hereticos vult dominus
et propter latratum predicationis et mor-
sum correctionis debet arcere impugnan-
tes eos dicitur Thobie vi° Canis autem
habebat pastor est et canis sequutus est
eum Item propter humilitatem Canis
enim si a domino percutitur non irascitur
si fugatur non indignatur Immo
si per unam viam exit per aliam redit
nec cessabit aplaudere quousque
pax eius reformatur Sic vere
vir humilis et paciens de despectu
et de depressione non debet indi-
gnari per obstinationem sed magis
cum humilitate graciam et pacem
perquirere Et si per unam viam repel-
litur debet aliam querere ut ad
graciam redeatur Et sic fecit mulier
chananea Et sicut canis est mage
memorie et quia beneficia sibi facta
recognoscit Sic debet beneficia homo
dei et hominum recognoscere per graciarum
actionem Unde Thobie xi° Canis
precurrit qui simul erat in via quasi
nuncius blandimento caude gaudebat
Item propter utilitatem lingua in
canis est medicinalis extrahit enim
morbum vulnerum Talis debet esse
locucione vir iustus Unde Luce
xvi° Sed et canes veniebant
et lingebant etc. Item propter sedulita-
tem Canis enim sedule custodit do-
mum domini sui a latronibus et super
alupis Sic iustus et maxime pre-
latus predicator et doctor debet do-
mum domini que est ecclesie per discretionem
custodire et morsu correctionis et la-
tratu predicationis contra inimicos eccle-
sie vigilare Sed proh dolor quidem
his condicionibus obmissis malorum
canum habent condiciones Quia sunt
voraces et insaciabiles per gulam
alii veniunt ad vomitum peccatorum
Sunt rabidi et frenetici per ebrietate
Item canis plus aplaudit vestito
quam nudo Sic faciunt adulatores
qui nudos id est pauperes confunderunt

vestitos autem id est divites et principibus
adulantur Sed nota quod canes a
domibus expelluntur et a bancis deli-
catis coherceuntur Sic fiet istis canibus
Unde Apocalipsi xxii° foris canes Non
sic bonum Sed habeamus condiciones
bonorum canum Ut supra Capitulum octavum
quod venatores et aucupes diversimode
capiunt bestias et aves quia aliquando
cum laqueo aliquando cum sagitta
aliquando cum visco Sic vero demo-
nes diversimode capiunt capiunt animas
peccatorum aliquando cum sagitta volante
in die que est superbia aliquando
cum laqueo constringente que est ava-
ricia aliquando cum visco tenente et
inficiente que est luxuria De hac
captione dicitur Proverbiorum v° iniquitates sue
capiunt impium et funibus peccatorum
suorum constringuntur Capitulus quod
sunt quidam capilli ornamentum
et quod per capillos radicantur arbores
et herbe adherent terre et in terra
radicantur / sicut patet de poruis repe
et aleis Sic vere virtutes et bone
affectiones anime sunt ornamentum
mentis Nam per istas cum terra
id est cum deo iungimur et cum ipso
radicamur et fundamur De
istis capillis dicitur Mathei x° Ca-
pilli capitis vestri etc. Deus enim
numerat et ponderat capillos id est virtu-
tes et merita singulorum figuraliter
legimus de Absolon cuius capilli
singulis annis appendebant Sed
circa tales capillos non vident
hic multi Dicit enim Solinus et Pli-
nius quod leones carentes pubis
et capillis supra collum Sunt quasi
degeneres et animositate et audacia
leonina carentes Et ut dicit Tulli-
us leones qui de pardis adulteris pro-
creantur quasi in signo criminis non or-
nantur Sic vere multi sunt qui
carent capillatura virtutum et bonorum
affectionum Et revera ista carent spiri-
tuali audacia et virtute et strenuitate

degnantur aliorum Quod utique difficile
apparet qui in vite sua i. in ecclesia
aparent i. adinvicem adulterine i. male
et simoniace generantur et promoventur
Quia ut communiter tales carent cri
nibus bonorum affectionum signati in
Sampsone Iudicum xvi° Quem quam
diu capillos suos habuit nec superari
nec excecari potuit Nam quam
primum capillos perdidit virtute et for
titudinem amisit et excecatus et
incarceratus fuit Sic vere est de
simoniacis etc. Sunt enim capilli primo
integumentum contra nuditatem secundo
ornamentum contra vilitatem tertio tu
tamentum contra fragilitatem Et
isti capilli sunt portandi Secundo
inveniuntur capilli ligandi et isti
signant cardinales affectiones Vi
demus enim quod mulieres ligant lavant
tegunt et pectinant capillos suos
Sic vere nos debemus affectiones
nostras que more capillorum de nostris
cordibus oriuntur ligare restringere
ornare et ponere pectinare et ab
luere Ligantur enim per districtionem quia
non sinunt eos effluere quantum vellent
Pectinantur per confessionem Abluuntur
per lacrimarum effusionem Sed audi quid
dicit Gregorius quod homines calidarum
regionum sicut Ethiopia multos
habent capillos nigros et reflexos se
cundum ut dicit corporis pravi coloris in
genii animi defectum Sic vero qui
sunt de regione calida huius mundi
scilicet avari luxuriosi et superbi multos
capillos i. vanas affectiones multa
desideria et ambitiones nosscuntur
habere et tales ut communiter dicuntur sunt pra
vi corporis pravitatem attenuationem
Nigri coloris per mala comissatorum
animi defectum precordialem constan
tie enervationem Isti ergo capilli sunt
ligandi Tertio inveniuntur capil
li tondendi, et hii signant huius mundi
temporalia Capilli enim sunt de super
fluitate et non de necessitate nature

Sunt enim corpori accidentales et ideo sine
lesione possunt auferri Nam quando
non auferuntur calores sudoris et
generantur vermes ibi Tales sunt mundi
divitie Sunt enim accidentales quia
extra naturam hominis Et ideo iste debent
a corde radicitus evelli et tonderi et paupe
ribus erogari Jeremie vii° Tonde
capillum tuum et proice Nam si isti
capilli debite tonderentur iterum solent
recrescere Quia divitie distribute
solent amplius habundare Exemplum de
Sampsone cui post tonsionem iterum
capilli renati sunt Ita quod pristinam
fortitudinem resumpsit Quia per vere
qui pro Christo temporalia tondet et lar
gitur maiorem fortitudinem i. plen(i)
tudinem divitiarum ut communiter con
sequitur et habetur ut dicitur et patet de Cho
bia qui in fine fuit ditior Sed
vere si ista per elemosinas non ton
det, tunc certum calores avaritie
sudores luxurie vermes invidie ge
nerantur Secundo sunt sic Magdale
na que pedes domini osculabatur et
ungebat et capillis suis tergebat
Luce vii° Pedes enim corporis Christi mi
stici sunt pauperes qui in inferiori
parte iacent qui ungendo pietatis
sunt ungendi et capillis bonorum
temporalium sunt tergendi Contra est contra
divites qui capillos suos non exten
dunt ad pauperes sed ad superiores
non ad elemosinas sed ad pompas
non ad mitigandam pauperum volnera
sed ad offerendum divitibus munera
Isti sunt similes quibusdam animalibus
silvestribus qui sunt in India quorum
capilli contra naturam omnium animalium sup
inus tendunt versus caput Non in
ferius versus pedes Sic etc. Non sit
brevius Caput Nota quod caput tenet Caput
locum eminentiorem Sic prelati in
ecclesia in statu eminentiori sunt Secundo
dictum est beato Petro Johannis 1° Tu vo
caberis cephas i. caput non capita quia
unum caput debet esse in corpore Secundo de

bto et quolibet alio bono plato p-
dici illud q scribitur 1o Reg xvo
Cum esses pvulus in oculis tuis caput
in tribu Israhel factus es ubi ad
ncere q caput generaliter het ali-
quas condiciones que possunt appli-
cari ad bonos superiores Caput enim
ossibus armatur medulla rigatur
sensibus ornatur primo ergo pla
tus debet componi ossibus firmi
tatis q ostenditur / cum dr / esses
Esse enim signat existenciam resistenciam
et infirmitatem hoc etiam ondit
cum dicitur pervulus i humilis
humilitas enim mr est constancie et
firmitatis Secundo q heat constanciam
bonitatem clemencie q ostenditur
cum in oculis in quibus est nullus
est honor Sicut enim caput plenum
est cerebro medulloso nec est aliquod
membrum in corpore quod tantam me
dulle plenitudinem heat sicut caput
Sic vere platus debet hre magis
de medulla pietatis mansuetudinis
et devocionis Unde ps Sicut unguen-
tum in capite Tercio quod heat pla
tus prudencie documentum Caput
enim dicitur a capiendo q capiat omnes
sensus / het enim oculos ad videndum
aures ad audiendum linguam ad
gustandum et loquendum nares ad
odorandum et se totum ad tangendum
Sic vere platus ista omnia debet habe-
re debet enim videre per discrecionem audire ex
causarum discussionem odorare per devocionem
Gustare per contemplacionem loqui per erudi-
cionem tangi per passionem et tangere
per correctionem Sed heu heu quam pauci
sunt hodie tales capitanei Non enim
sunt fortes ad resistendum fidei vel
ecclesie inimicis nec ad obviandum in
temptacionibus et peccatis nec ad perseve-
randum virtutibus et mandatis summi
creatoris Isti iam sunt sicut caput
verpis quod secundum Isidorum valde est debile
et inde percussum facilit frangitur
et fracto eius capite totum corpus eius
enervatur Sic vere heu multi sunt
superiores qui ita sunt debiles ad
resistendum et labiles q mediante
percussione temptacionis mediante
flatu vexacionis statim deficiunt et
franguntur Ita q corpus malis ceteris
alia membra i alii fideles ecclesie
peccatis et periculis exponuntur Ideo potest
hodie plangere ecclesia et dicere
illud Ino Reg Caput meum
doleo Isti figurantur in capite
holofernis quod abscisum fuit
de corpore et suspensum in muris
bethulie Quia vere tales mali
capitenei sunt hodie a corpore sua
rum ecclesiarum abscisi et divisi Non
enim sunt firmi ad perseverandum
sicut patet de illis qui curas regni
vel principum et eciam curiam ro-
manam circuunt sine causa et
dimittunt ecclesias desolatas Et ideo
bene dr q isti suspenduntur in mu
ro quia secundum tales semper sunt suspe-
nsi per superbiam elacionis et ambicionis
Sed ad dictum dico q modum non
heat clemencie plenitudinem Non
enim sunt medullosi sed sunt pii
deo et hominibus discordes sicut
patet Quia non vacant nisi ad pe-
tendas exacciones ad subditorum
vexaciones ad malas et inordi-
natas exacciones qui etiam in illo
videntur esse molles et pii sed
duri et crudeles cora et obstinati
et contra deum et homines indurati
Tales autem capitanei sunt similes
capiti vituli marini quod ita est
durum q vix potest ferula fer-
rea conquassari Sic vere sunt
indurati q non possunt ad aliquam
clemenciam inclinari nec ferula
ferrea divini timoris ad misericordiam
pauperibus incitari Non enim facilit

dant sua sed facilius recipiunt aliena de
quibus dicitur Ecclesiastici xxv° Non est caput
nequius super caput colubri Et bene
malus capitaneus dicitur caput
colubri Racio quia si coluber primo dum
scinditur pars coniuncta capiti vivet
pars autem remota scilicet cauda moritur
Sic hodie in ecclesia illi qui sunt
coniuncti scilicet familiares et affines
capiti superiori illi vivunt promovent
et exaltantur Alii autem qui sunt
remoti ad quos non habetur affectio
sunt sine vita id est sine promocione
et prosperitate dimittuntur ymmo quod
peius est multis quos affectionibus
sine causa affligantur De illis
potest dici illud Ysaie vii° Caput
sive Damascus Damascus interpretatur
bibens sanguinem Racio quia capitanei
huius mundi non cessant bibere sanguinem
nem alienum Sed tercio dico quod ca-
pitanei mali non habent prudencie
limpitudinem Caput enim valde pin-
gwe non potest habere sensus acutos Unde
equi qui habent nimium pingwe caput
facilius perdunt oculos Et quia ho-
die tales impingwant divicie deli-
ciis et adulatorum fallacijs iuxta
illud psalmi Inpingwasti in oleo caput
meum Ideo acutos sensus prudencie
et sapiencie videntur non habere Et si
sapientes sunt in temporalibus non tamen
in spiritualibus Racio igitur moderni
capitanei carent constancia
et discrecione carent clemencia
et compassione carent prudencia
et directione Ideo ipsi sunt hodie
sine gloria et honore Solebat enim
esse antiquitus corona aurea super caput
virum id est super collegium prelatorum Racio
quia antiquitus solebant assiduis ho-
norari et a mundi principibus revereri
Hoc autem est totum contrarium Racio non
assurgitur diligitur nec abercuncius me-

timetur nec assiduis personis reputantur
sed quod peius est ab omnibus spo-
liantur Et racio potest esse naturalis
Racio quia sicut videmus quod capita pisci-
um et animalium sunt graviter immundiora
et ad leviandum difficiliora Sic hodie
multi capitanei sunt ceteris immun-
diores et ad mundificandum et corrigen-
dum difficiliores Ideo deplangit
ecclesia Trenorum v° Defficit gladi-
um cordis nostri cecidit de capite
nostro ve nobis quia peccavimus Ideo sic
dicitur etc. Nota eciam quod sicut unius cor-
poris debet esse unum caput sic unius
corporis mistici id est ecclesie debet esse unus
papa Sed proh dolor iam unum plures
annos est contrarium Racio quia iam vivo
antipapa in diminucione mortuo alius
est electus Et si secundus morietur
tercius eligetur Et ideo ecclesia istis
temporibus sic divisa videtur esse
sicut serpens qui dicitur amphibena
Racio quia secundum Ysidorum duo capita videtur
habere Hoc autem pessimum scisma
et ceteris malis sic pessimos capita-
neos et precipue eos qui signati sunt
in statua Nabuchodonosor cuius caput
erat aureum pectus et brachia erant
argentea venter et femora erant erea
pedes autem pro parte erant ferrei et pro parte
ferrei Ita quod in ista statua quanto magis
a capite versus pedes procedebat tanto
amplius deteriorabatur Sic vere est nunc
quanto divinus ecclesia permanet et stat
tanto in ea capitanei sunt deteriores
quia sunt terrei per cupiditatem ferrei
per crudelitatem Non sic autem erat Rome
ubi erant duo magni apostoli scilicet
Petrus et Paulus nullus tamen corpo-
rale fecit scisma De quo scismate pauci
ad effectum curant Tamen omnes querunt
que sua sunt sed non que Ihesu Christi
Ita dicitur non sit Carcer Est quidem
carcer qui est constringendus et iste
est peccati in quo homo per malas consue-
tudines et per malas complacencias
alligatur Et in isto carcere servatur

Carcer

homo adnaº ut eciude in patibulum
infernum trahatur Figura de Sap
sone qui primo fuit tonsus p(er)gea
captus tandem excecatus et p(er)gea
incarceratus Anima primo capilli
virtutum auferuntur et p(er)imitur et
p(er) malum consensum capitur p(er)pet(r)i com
placentiam excecatur et p(er) malas
consuetudines incarceratur Sed de
isto carcere homo liberatur p(er) dei benig
nitatem Anima sicut zaphirus est lapis
qui s(ecundu)m dyas(coridem) et lapidarium vincula
carcerum dirumpit et liberat de carcere
vinctum Sic una dei liberat de car
cere p(e)cc(at)i hominem et educit Quod figura
tum est in petro qui dormiebat
in carcere herodis vinctus kathenis
duabus Tunc eum p(er)cusso latere eius
angelus excitavit et fractis vinculis
de carcere liberavit Actuum xijº Sic ve
licet homo sit in carcere p(e)cc(at)i vinctus
kathenis duabus s(cilicet) cathena p(er)ue
voluntatis intus et cathena male
consuetudinis extus Cum tamen an
gelus i(d est) gr(ati)a dei p(er)cutit latus p(ec)cator(is)
recordium tunc excitatur p(er) sui ipsius
consideracionem et exit de carcere p(e)cc(at)i
p(er) penitenciam et confessionem etc. Caritas
dicitur quasi cara unitas q(uia) s(cilicet) facit
hominem tale(m) deo car(um) q(uod) de utroque
fit unum et sicut caducite arboris
perdunt ista s(cilicet) medulla flos folium
et fructus Sic a caritate que nichil
aliud est quam amor dei et proximi
p(er)dit medulla compassionis flos
bone affectionis folium bone locucionis
fructus bone operacionis etc. Carna
litas idem est quod voluntas que
sed p(ro)ueniri corporali ronem Primo quia
mentem excecat Dicit enim plinius
q(uod) catulus quanto pinguiori lacte
nutritur tanto tardius de vide Sic
ve homo quanto lacte carnalitatis
et voluntatis habundancius nutritur
tanto a visu discrecionis consideracionis

et contemplacionis amplius impedit
Istud p(atet) in luxuriosis et carnalibus
qui videntur penitus excecati Non
enim cogitant de futuro nec de spi
ritualibus bonis s(cilicet) de morte iudicio
et inferno Anima sicut d(icitu)r i Cor(inthios)
ijº Alijs non peperit eis que dei sunt
Secundo dico q(uod) carnalitas h(abe)t me
tem inflam(m)are arbores que h(abe)nt
viscositatem humorem facilius inflamant(ur)
Sicut p(atet) in abiete et in pino Sic
vere illi qui h(abe)nt viscositatem car
nalitatis delitiarum et voluptatis
igne malor(um) desideriorum facilius con
sueverunt inflammari Caro enim pin
guis facilius ardet Ideo consulit
Apostolus Romanorum viijº Spiritu
ambulate et desideria carnis non
p(er)ficietis Tercio dico q(uod) carnalitas h(abe)t
enervare Sicut enim arbores que na
scuntur in paludibus sicut sunt
salices etc. facilius putrescunt Sunt
enim palys arboribus debiles et
firme Sic vere illi qui in paludibus
voluptatis et carnalitatis versantur
p(er) morte et p(ec)c(at)um facilius enervant(ur)
Unde Ro(manorum) viijº Ego aut(em) video car
nalis sum venundatus sub peccato
Et i Cor(inthios) xº Qui seminat in car
ne corrupcionem etc. Caro pabsane Caro
etiam est maceranda Carnes enim
nimis pingues p(ro)pter sua(m) viscositate(m)
sunt illaudabiles ut q(ui) h(abe)nt parum
h(abe)nt de carne Et hoc p(er)cipit natura
ne post pondus carnis impediant(ur)
in volando Sic vere quando caro
nostra nimis p(er) delicias impinguatur
tunc deterior efficitur Anima s(cilicet) semp(er)
ad modum equi pinguis s(e)p(ar)atim recal
latrare mollitur Et ideo aves no
biles i(d est) sp(iritu)ales viri carnalitatis
pondere non gravantur Luce xxiiijº
Palpate et videte quia sp(iritu)s car
nem et ossa non h(abe)t Dicatur autem
caro amicus quia s(cilicet) caret omni
bono Ista est enim tria dicam q(ue) sunt

arbo maledicta/ unde maledicta michi
terra in opere tuo spinas et tribulos
Spine enim et tribuli i. mala desideria
et delectaciones in terra generantur Et io
stultum est seminare in terra ista Caret
enim status firmitate Caro enim non
stat in eodem statu quia modo sana modo
infirma modo tristis modo leta modo
turpis modo pulchra modo viuens modo
mortua Similes tunc fonti petri
nece qui abincolis dicitur fons Iob
qui quater singulis annis mutat
colorem In quibusque enim mensibus
mutatur color eius Sit vere et
Sed hoc non accidit illi qui tanta
cura custodiunt carnem suam cum tamen
peccato necesse est quod breuiter putrescat
Pallas enim gigas filius evandri quo
dam latinorum regis plusquam
mille quadringentos sub terra stetit
incorruptus Cum tamen tempore he
nrici tercii imperatoris inuentum et ad
muros urbis quos altitudine supera
bat erectus est Et ibi diu incorrup
tus remansit / finaliter tamen vesta
mentis carnis ingressus mortali
corrupcione fuit dissolutus psalmo
defecit caro mea Caro etiam mea
est similis cuidam lumperi qui ser
uat ignem inextinguibilem quando
paratum Sic semper caro mea habet ignem
concupiscencie etc Semper enim spiritum
infestat prauas cogitaciones aut
molestant per mundi tribulaciones aut
rebellat per lites et discordias unde
j Cor vii° Nullam requiem
habuit caro mea Qualis etiam con
trouersia sit inter spiritum et carnem ostendit
Apostolus ad Gal v° Ubi enumerat
fructus spiritus et tandem enumerat
septedecim opera carnis que sunt sed
xvii machine vel sagitte quibus
caro aduersus spiritum preliatur Est etiam
caro mea quasi eculeus cuius incita
mentum transit in spinas deinde

carne nascuntur spine Sic de car
ne mea nascuntur spine delectacio
num et concupiscenciarum oriuntur etc Ca
stellum Nota per castellum intelligitur religio Castellum
vel status perfectorum Primo quia in castel
lo fuit christus hospitatus scilicet per fidem
et caritatem unde dicitur luce x°
de sancta anima Intrauit Ihesus in
quoddam castellum Item in castel
lo est fides predicata unde dicit
luce viii° Et christus ibat in ciui
tates et castella predicans Item
in castello fuit christus reuelatus
et ad veriora noticia deductus vnde
luce xxiiii° Manifestauit se duobus
discipulis in castello nomine Emaus
hec omnia debent inueniri in religi
osis et perfectis etc Debet autem castellum
sancte religionis situari in alto loco
eminencie perfectionis debet construi
lapidibus fortis constancie et perse
ueranciis durationis Muniri muris
dei mandatorum et turribus alte
contemplacionis Circumfodi vallibus
et foueis humilitatis et subiectionis
debent etiam esse ibi precipicia et saltus
i. timor mortis et casus future dap
nacionis Sunt ibi et machine et
vera scripta et sciencie et lectiones
Sunt ibi vigiles i. virtutes diligencie
prudencie et discrecionis Sunt ibi
milites i. virtus audacie et fortitudinis
contra vicia rebellionis Sunt ibi vic
tualia virtutum puteus fons et aque
virtutum deuocionis lacrimarum et com
passionis Talibus enim munimentis
castra anime vel religionis muniuntur
contra hostes demonum etc Cathedra Cathedra
Nota in scriptura inuenitur cathedra
eminencie In ista collocantur prelati
que non est aliud nisi iurisdictio
ecclesiastica et est locus magnus inter
si possideatur condigne Sic Iob
de se ipso dicebat Iob xxix° Pro
cedebam ad portas ciuitatis et pla
tea parabant cathedram michi

Aduerte tamen qd ista kathedia lz
de se sit licz bona utilis et sancta
quia tamen ab ambitiosis occupatur
sicut dicitur sicut dicitur Matth. xx
iiio amant primos recubitus in
cenis et primas kathedras et ecclesiasticas
etiam a superbis et elatis hominibus
venditantur sicut de illo superbo
principe cui dicitur Ezech. xxviiio
Eleuatum est cor tuum et dixisti deus
sum et non homo, et in kathedra
maris dei sedi in corde maris Cuius
quidem insuper abhominationis obtinetur
sicut Matth. xxio dicitur Quod ihesus
in templo kathedras vendentium
columbas subuertit Quia tamen
illorum kathedra et iurisdictio sub
uertitur, a quibus columba id est spiritus
sancti gratia venditur et non datur
Secundo dico qd est kathedra sa
piencie in qua collocantur magni
Ista etiam est bona kathedra dummodo
non auaris scientificis teneatur Unde
de Dauid dicitur i Reg. xxiiio Quod
Dauid sedebat in kathedra sapien
tissimus Tercia est kathedra pestil
lencie in qua collocantur tyranni
et ista kathedra et iurisdictio ma
lorum ypocritarum et balmorum Ecclesi
astici viio Noli querere a principe
ducatum nec a rege kathedram
honoris Quia scilicet pro ista illum
vocat beatum qui in consilio impiorum
non abiit et in via peccatorum non stetit
et in kathedra pestillencie non sedit
Cauda per caudam intelligitur perseuerancia
in bono Unde leuit. xxiiio amal
quod cauda carebat nequaquam ad sa
crificium aptum erat Nam homo qui
cauda perseuerancie caret adeo non ac
ceptatur Et est talis perseuerancia
similis caude castoris que dicitur
esse de natura piscis, ad modum enim
piscis est squamosa et ideo faciliter
putrescit nisi sepe in aqua tingatur
Et inde est quod castores solent manere
circa flumina ut faciliter caudas suas
tingant in aquis Sic reuera talis
est vtilis perseuerancia est enim de natura
piscis Quia nisi peccator per aquas deuoti
onis et passionis lacrimose contricionis
sepissime non rigetur perpetuum cito
putrescit et desicare compellat Et
ideo perseuerare volentem semper est
necesse deuotionis fluuium permanere
Unde peccatores super flumina et pec
caudam etiam iuxta mortis me
moria Sed aduerte qd hinc medi
caudati quidem carent ut diuites in
fecti cupiditate Et isti sunt similes
simie quod animal est plus vestitum
et ut communiter cauda carent Unde
Ecclesiastes iio Sordes eius in pedi
bus eius nec recordata est finis
sui Secundi sunt elati garrulita
te scilicet illi qui non possunt gaude
ludere cantare, et nichil de futuro
cogitare nec in bonis perseuerare
Similes sunt ranis que sunt
animalia clamosa que primo sunt
chabotii scilicet pisces cum cauda et
tunc carent voce et veniunt sibi
pedes et efficiuntur rane clamose
lutuose aquose et maculose Sic
vere sunt multi qui quamdiu
sunt pisces id est viri deuoti per contri
tionem et silencium sunt in contritione
cum cauda mortis memoria et per
seuerancie in eis durat qui non effi
ciuntur rane id est persone leues iactantes
laudentes a quo se deliciose et vo
luptuose statim caudam procul dubio
statim perdunt Tercii qui carent
ista cauda sunt homines infecti
malignitate scilicet ambitiosi et ypocri
te Isti enim sunt similes buffoni
bus que sunt animalia venenosa
et inflata et carencia cauda Ecce
vere tales malitiosi inflati et pre
sumptuosi perseuerancie seu fine mor
tis memorie ut communiter sunt
carentes et Carere Nota qd caue

Caue

eidem quod vitare fuge Caueamus
ergo a quatuor que sunt nobis nociva
Primo enim debet caueri furor seui-
cie Homo enim est animal naturaliter
mansuetum Et ideo contra naturam inquam
iniquam debet aliquid operari sed ex
predicatione procedentium tyrannorum
debet crudelitate retardari Et ad hoc
inducit natura piscium Pisces enim
secundum Ambrosium valde cauent a loco
effusionis sanguinis alterius piscis
et maxime delphini et a loco ubi
alius piscis sanguinis est occisus et aque
ablucionis carnis eius dicitur naturaliter
abhorrere Et in hoc docent nos cauere
ut abominemur effusionem sanguinis et
abominemur operacionem crudelitatis dei
timore Iuxta illud Deutronomii xii°
Hoc solum caue ne sanguinem co-
medas Nam aliorum occisio et depreda-
cio et exactio iniqua debet bonis ho-
minibus placere quod est contra crudeles
et tyrannos de quibus dicitur proverbiorum primo
Pedes eorum ad mala currunt et festi-
nant et effundunt sanguinem
Secundo quod debet caueri torpor desidie
Unde ut grues ordinant excubie
ita quod illa cui imminet onus vigilan-
di sumet cauet ne dormiat et
ut melius vigilet solet lapillum
portare ut saltem eius casu posset
sompnolenciam precauere Sic vere homo
debet summe cauere ne dormiat in
in peccato ne forte ad modum dormi-
entis obliviscatur dei sui Iuxta
illud Deutronomii vi° Caue ne obli-
viscaris domini Et ideo lapillum
id est [illegible] dei timoris vel lapil-
lum mortis et sepulture debet
semper per cogitationem portare Ista
autem potissime pertinet ad prelatos
quorum officium est vigilare Introdu-
citur de Argo qui habuit centum oculos
ut scilicet aliquibus oculis semper vigi-
laret et tamen fuit deceptus Tertio
dico caueri timorem superbie Apes

portantes mel summe timent a vento
et solent basse volare Sic vere qui
mel devotionis et gratie capiunt debent
a vento superbie cauere Istud significat
Exodi xix° ubi dicitur filiis Israel ca-
ue ne ascendatis in montem scilicet su-
perbie Cave superbia non solum est in di-
vitibus sed in pauperibus et precipue
in illis qui presumunt de sua sanctitate
et bonitate Similes illi pharisco
qui dicebat Luce xviii° Ieiuno bis
in sabbatho Similes illis pla-
netis qui quanto sunt soli et lune
propinquiores tanto sunt infortiores
Quarto dico quod debet caueri fetor
spurcicie Pisces enim secundum Ambrosium
nam non intrant sportulas immun-
das bene cauent Sic vere debet cauere
ne submittat in nullam societatem
ne committat in nullam iniquitatem
Insignia autem hanc precipiebat filiis
Israel ne contraherent amicicias cum
phariseis Exodi xxxiiii° Cauete
ne iungatis amicicias cum ciuibus terre
Cautus Cautela Nota cautus secundum
Papias dicitur a cato tas quod idem est
quod video es Cautus ergo est qui
ad periculum precauendum adhibet
remedia oportuna Nota ergo quod de-
bemus esse cauti ad vitia precauenda
Apes enim ut dicit Ambrosius in exame-
ron mirabiliter sunt caute in actibus
suis Nam ut dicit apium alie
futuras explorant pluvias alie
enim vigilant circa victum alie cel-
las faciunt et componunt In uno autem
est eorum maxima cautela Cum enim sen-
ciunt sunt extus venire contingit
dormiunt supine ne forte ale eorum
madescant et ne in [illegible] sit im-
pediantur in volando Sic vere ca-
utela spiritualis debet in nobis esse in
istis quatuor scilicet in providendo futura
tormenta Prima apes prevident
ymbres fugiendo celi sidera Secunda
apes faciunt sibi cellas ad habitandum
[illegible] [illegible] intemnonta Prima

Cautus
Cautela

apes cta victum vigilant (ucontep
nendo oblectamenta Tercia apes
rorem nocturnu i mundi prosperitate
fugiunt faciem etiam mentis ad
celum p contemplacionem vertunt et
alas intellectus et voluntatis libe
ras custodiunt et sic passeroz ad
celestia volant Secundo debemus
esse canti ad pericula precauendum
Et si quis est cautus tc ille qui
cauet nocua Et ideo inde in pre
cedenti pagina de cancere et apli
Cecus ca s'ius 2c Cecus cecitas Nota
q p cecum gnalit intelligit pctor
Cecus enim multas hz miserabiles
condiciones Cecus enim sine carcere
ligatur In iudicando decipitur cu
sz quando se credit ire ad oriente
vadit ad occidentem In eligendo
se ducat Tercia quia denarium cu
precium recipit pano dtamen vel
aureo ducat Sepe enim ubi est
periculum no timet et ubi no est peri
lum time terretur Cecus in iocunda
letus efficit timore continuo concuti
Sepe accidit q quando mundus est
tectum se reputat radio solis orto
non illuminat pu est ductorem sin
quem perit Ita q ipsum aliquocies
in medio pontis vel periculi relinqit
Tercia talis p omnia est pctor Iste
enim cecitate ignorancie tali obtene
biatur Et ideo quasi incarceratus
videt illa que ptinet ad salutem
Iste ergo cecitate pcti quasi carcere
male consuetudinis includitur De
liberat ire ad orientem i ad paradi
sum et tamen vadit variter ad oc
cidentem i ad infernum Iste etiam
in primo anno i mundi paradiso p[..]
re timetur Et a tamen et puero i
a carnali sensualitate ducit et
ad omnia circumstancia p malos
appetitus offendit et collidit ista
q pdiu pcta tarde comprobatur The
bie x°10 Thobias cepit tecum offe
dere pedibus radio etiam dum egre
non illustrans et spirituali gaudio
inquiad letatur Talis enim semp est
in securitate presumpcionis Tercia sz
mortis eterne periculum ubi est
magna dicatur time et inida vel
infortuna que timenda no sunt sz
metue Talis etiam cecus quandoqz
decipitur q credit se esse coopertum
Tercia sz pcta credit a nullo vide
Cum tamen et fama et vita ipius
ab omnibus videat Et breviter eos
ductorem et predicatorem percutiunt
blasphemando vel deridendo vel
detrahendo et tam voluntate ipi g
faciendo et ideo ab ipso in pontis
i morte extreme periculo dimittit
Et tales significantur in Tho a cum
stercoribus yrundinum sunt cecati
i avaricia vel stercoribus leticie
mundane Paulus vo in sua conm
pone sunt lume cecatus i magna
sciencia que inflat sine caritate Isti
ceci sunt signati in Sedechia rege
Isti qui excecatus ducti sunt in
Babiloniam Non sic lxxim 2c Cedrus
est arbor alta fertilis fructifera et
odorifera et signat platos Secundum
etiam Rabanum Cedrus est omni
arborum regina Cuius lignum libros
linitos imputribiles conseruat Sic
plati debent subditos regere et
liquore sue clemencie illos quos
regunt preseruare a putredine
mortis eterne De talibus cedris so
lebant fieri naves i plati etiam
Iuxta illa metaphoram ubi in
persona navis loquitur ecclie Ezech
xxvij° Cedrum de libano tulerunt
ut facerent tibi malum Nam de
talibus edificari debet navis ec
clesie militantis Et de talibus
etiam edificatum est templum
ecclie triumphantis figuratur in
Reg vij° ubi dicitur Salomo
thabulis cedrinis totum templum
intrinsecus vestiuit Sed videmus

in multis platis et psonis eccia
sticis oppositum Non enim ut
cedrus ad alta et celestia suble
vati sed ad terrena inclinati vn
isti videntur accepisse uxorem
cardui filiam secundum tenorem
illius parabole que ponitur iiij°
Reg xiiij° Carduus tenera tar
dus spinosus i. dyabolus uxo
rem suam i. avaricia dedit
talibus in uxorem secundum illud
Zach xj° Comedat ignis ce
dros tuos ignis i. avaricia
Celare — Non sic bonum Celare est unum
celare ypocritarum de quibus
Job xx° Celabit in gutture suo
malum Isti enim sunt hericij
qui celat et abscondit interiora
sua in sua pelle spinosa Ca
tales in spinosa comessacione
per primam se involunt Et quid
et quales sunt certus non appa
ret Unde de ipsis dicitur Amos
ix° Si celavit se et in profundo
maris ibi mandabo serpenti
et mordebit eos Profundum
maris est pena in qua quamvis
ypocrite celantur tamen a serpente
i. dyabolo mordebuntur Est
aliud celare fidelitatis quo scilicet ho
celat secreta Contra multos
est Sicut mel est mari quod nescit
aliquid celare ymo a se recepta
Celebrare — statim reicit evomit et expellit
Celebrare celebritas Nota triplex
est celebritas scilicet temporalis prospe
ritatis et hec celebratur in mundo
Cum scilicet cum videamus hominibus
cessatur ab operibus mutorum et
insistitur solatijs deceptorijs
ubi templa i. hospicia altaria
i. corpora ornantur et parantur
pannorum transitorijs de tali ergo
celebritate dicitur Gen xj° dixerunt
gigantes edificemus turrim cuius
altitudo pertingit usque ad celum

Celebremus nomen nostrum antequam
dividamur in universas terras Se
cunda celebritas est spiritualis io
cunditatis et hec in anno celebra
tur scilicet cum homo cessare ac
magis operibus Ubi templum
anime et altare consciencie debet
ornari gracijs et virtutibus de tali
celebritate dicitur Num j° Celebra
Juda festivitates tuas Et Num
xxviij° dies septimus est cele
brior Tercia celebritas est eterna
lis felicitatis et hec est beatorum
et hec est in patria ubi cessabit
ab operibus laborum et decora
iocunditatis omnium gaudiorum Tem
plum aut corporis ornabitur quatuor
dotibus Altare cum tribus In
ista celebritate Christus est sacer
dos dei patris tibi, Beata virgo e re
gina Apostoli sunt principes
Martires sunt milites Virgines
sunt domicelle Confessores sunt
prelati Angeli sunt cantores Ergo
quid nos cum utinam essemus
vituli vel cerofërarij de ista ce
lebritate dicitur ix° per Apocalipsim
xx° Certa est celebritas qui
dus in thalamum et Celum Nota — Celum
quod per celum intelliguntur viri iusti
et ecclesiastici de quibus potest dici
illud quod scribitur Zach viij°
Celi dabunt rorem suum Et
potest hic unum thema esse in domus
sione appostolorum qui in sua di
visione dederunt rorem sancte
clemencie toti mundo Nota ergo
primo quod viri ecclesiastici et prelati
intelliguntur per celum Celum
est cetera creatura influit lar
gius et est in eo et ex eo influe
ncie plenitudo Nam celi semper
influunt ad ista inferiora Ita quod
eorum motus et influencia est
causa omnis generacionis et corrup
cionis inferiorum Sic enim a celis
nobis pluvia derivatur per quam
omnia vegetantur et refrigerantur
Sic vere celi spirituales i. appostoli et
viri ecclesiastici et prelati semper dant

Secundus

in alios influere invisibiliter tam
quam rorem invisibiliter distendendo
et pro eis orando et bona exe(m)pla
eis dando, et visibiliter pluuia(m)
temporalium beneficiorum eis infu(n)
dendo et p(er) bonam doctrinam om(n)ia
mala in eis corrumpendo et om(n)ia
bona in eis generando, debent enim
esse apti et expositi sicut ce-
lum quod aperitur ad pietatis
opera faciendi unde dicitur supra
in themate celi dabunt rorem
suum, Sed heu verificatur hodie
Celus illud q(uod) dicit(ur) Gen viii° Clausi
sunt omnes fontes abyssi, prohibite
pluuie de celo Et illud q(uod) scribitur
Agger i° Prohibiti sunt celi
ne darent rorem suum Et(er)na
reuera bene iam sunt valde
pauci qui in alios influant
vel qui rorem pluuie uel doc-
trine uel elemosine eis influant
Et(er)na reuera tanta est hodie in
multis defectus pietatis et tan(ta)
sub crudelitatis siccitatis potius
duricia austeritatis q(uo)d nichil
p(otes)t ab eis distillare Isti ergo non
sunt sicut celi apti de quibus Ezech
i° Aperti sunt celi Sed sunt
celi clausi Ita q(uo)d recte p(otes)t dici
de eis quod dicitur de vetu(s) xxviii°
Sit celum q(uo)d sup(er) te est eneum
et terra quam calcas ferrea
Celum enim quod est supra nos
sunt superiores sc(ilicet) ecclesiastici viri
layco(rum) respectu et diuites re(spectu)
pauperum Iudices respectu subditorum
Sunt hodie facti enei i(d est) duri cru-
deles et iniqui nec pauperibus
tribuentes sed ipsos clamoribus
et iniuriis multipliciter ferientes
Ideo terra que calcatur i(d est) subditi
uel deprimuntur efficitur ferrea
Et(er)na sc(ilicet) ad modum ferri sunt
palidi et frigidi et in omnibus de-
solati et p(re) impatiencia(m) sunt
clamosi dolentes lugubres

et irati unde Iohannes xx ii°
de civitatibus fecerunt viros ge-
mere Non sic bene sed sic nobis
pietas et plenitudo influere
Unde ps Aperit celum nubibus
et parat terre pluuiam Secundo
in nobis ecclesiastici debent esse fir-
mitatis et p(er)manentie fortitudo
Celi enim habent naturam incorrupti-
bilem et durat stabiliter et indi-
stabiliter Et(er)na nam cum continue
moueantur nunquam tamen cadunt
uel deficiunt uel franguntur de
quo dicit(ur) sapientia Iob xxx
vii° Tu forsitan cum eo fabri-
catus es celos qui solidissime
quasi ere fundati sunt Sic
vere viri ecclesiastici debent esse
imputabiles p(er) virtutem co(n)stantie
et firmitatis et p(er)severantie
Et(er)na sc(ilicet) semper debent esse in
bono proposito stabiles et nunquam
p(ro)p(ter) peccatum deficientes uel cadentes
ut de eis dicatur illud ps(almi) verbo
dei celi firmati sunt Et prouerbiorum
iii° Stabiliuit celos prudentia
Sed reuera hodie verificatur
de multis ecclesiasticis illud ysaie
li° Celum sicut fumus liq-
uescet, et terra sicut vestimentum
atteretur Et(er)na reuera multi
sunt qui non sunt solidi sed
liquidi non stabiles sed debi-
les non p(er)manentes sed p(er) va-
na desideria liquescentes Om-
tales non sunt similes celo
sed aeri qui aliquando dicitur celum
qui mollis est nature Et(er)na
sc(ilicet) p(ro)p(ter) vanitatem et inconstantiam
valde sunt instabiles et ma-
nes unde tales evaporat sicut
fumus p(er) superbiam, liquescunt
sicut cera p(er) luxuriam, atteruntur
sicut terra p(er) auaritiam Non sic

sed sit in nob(is) firma stabilitas
Certe viri ecclesiastici debet esse
fideles et boni p(ro) confidencie cer-
tudinem. Debent enim esse viri
iusti et ecclesiastici de quibus ho(mo)
posset esse confidere. Celi enim
dicitur a celando, eo quod celum om(n)ia
continuat atque celat. Certe s(ecreta)
secreta nobis commissa et maxime
illa que tangunt verecundiam
secretorum maxime debemus in nob(is)
fideliter includere et tenere. Un(de)
Apoc(alypsis) vi c(apitulo) Celum recessit sic(ut)
liber involutus. In libro enim in-
voluto non faciliter legitur quod
est intus. Sic ab homine fideli
et prudenti non faciliter revelatur
quod scribitur in scrinio cordis
sui. Sed in multis videmus con-
trarium, qui secreta non celant sed
revelant, non abscondunt sed os-
tendunt, non operiunt sed aperiunt. Ta-
les maxime sunt detractores qui
nullum malum quod sciunt de aliis
possunt celare. Tales etiam sunt
iactatores qui et bona et mala
sua iactatoria manifestant. Tales
enim insuper sunt proditores qui se-
creta sibi infelicitate commissa
non timent proditorie narrare.
Et isti sunt sicut celum cristallinum
sed non habet diaffanitatem cri-
stallo enim quidquid imponitur exterius
videtur. Cristallum enim nescit ali-
quid celare. Sic isti non sunt sicut
liber involutus sed sicut liber ap(er)-
tus, ubi quilibet potest legere et videre.
Unde Apoc(alypsis) xi c(apitulo) Apertum est celum
et visa sunt archa testamenti
et audita sunt fulgura voces et
tonitrua. Quando enim tales apponunt
insipiencia et perdicione tunc ap-
paret archa sue conscientie p(er)fatiam

revelationis. Et tunc audiunt tot
tua diffamationum, tunc videntur
fulgura perturbationum et in vario-
rum, tunc audiuntur voces que-
rimarum et questionum. Sed sic
celum sed sit in nob(is) bonitas et
confidencie certitudo ut de fidelitate
talium dicitur istud Apoc(alypsis) xi c(apitulo)
hii habent potestatem claudendi celum.
Certo dico quod celum relucet
clarius. Et ideo in viris ecclesiasticis
debet esse honestas et apparentie
claritudo. Sicut enim celum non
est valde clarum, tunc magis
apparet intuentibus et videtur. Sic
vere nos debemus lumine gratie
honestatis sapientie et sanctitatis habere
ut sic a circumstantibus videamur
et ut in omnium oculis ut exemplar
et speculum ostendamur, ut sic
de nobis possint alii dicere illud
Actuum vii c(apitulo) Ecce video celos ap(er)-
tos. Et maior illud Math(ei) v c(apitulo) luceat
lux vestra et sequitur glorificent
patrem vestrum qui in celis est. Sed
rena multi tacent hodie de clari-
tate. Ita quod de multis potest dici
hodie illud Ier(emie) iiii c(apitulo) Aspexi
terram et ecce vacua erat et ce-
los et non erat lux in eis. Vidi
montes et ecce movebantur. In-
tuitus sum et non erat homo et
omne volatile celi recessit. Aspexi
et erat carmelus desertus. Ubi
adverte quod multi sunt qui tacent
hodie virtuali plenitudine. Certe
terra id est ecclesia vel religio vel anima
vacua erat honestatis plenitu-
dine. Certe in celis id est ecclesiasticis non
erat lux firmitatis fortitudine.
Certe montes id est viri eminentes
movebantur a cordis limpitudine.
Certe ibi non erat homo aliquis
ratione contemplationis vite celsitu-
dine. Certe omne volatile id est omnis

contemplatiuus recessit Et ideo bene
sequitur desperet et cete car
melus erat desertus Carmelus
mons fuit fertilissimus et signat
etiam vel religionem que ho
die in multis suis partibus est
deserta et desolata Sicut enim
videmus quod quandoque celi cor spissis
nubibus et turbinibus involi
vuntur quod nullam claritatem
habere videntur Tot etiam
siliqua a talibus celis nobis
mittuntur quod oculi inspicientium
non delectantur sed potius con
tristantur Sic nunc multi lumen
bone fame et honestatis peni
tus videntur amisisse De celis
dicitur Ysa° l° Induam celos tenebris
et saccum ponam operimentum
eorum Non sic bonum Sic etiam
sicut quando de celis corruscat et ful
minat Sic etiam Sic etiam quando
celum est ornatum pre celis lumina
ribus scilicet sole luna stellis Sic
viri sancti vel ecclesia est ornata
sole Christo luna beata virgine stellis
id est angelis Nam de hiis omnibus
apostoli in prima divisione predicant
Et quia omnia que sunt in hoc
mundo sunt fragilia et transitoria
levemus oculos nostros ad celos scilicet
ad celestia Nam que ibi sunt
illa non transeunt sed permanent
vel manent secundum illud Matthei
xxiv° Suspiciens in celum inge
muit Et sic accidit nobis sicut illi
domicelle que dicebatur cali
stone, que tamen secundum fabulas
propter fornicationem mutata fuit in
ursam et cottidie gemit et rugit
Unde Iupiter motus pietate mutavit
eam in stellam et posuit eam
in celo et dicitur ursa maior
Sic revera quod homo per fornicationes
peccatorum efficitur ursus id est vilis
deformis Et si tamen sit humilis
et penitens atque gemens sepe
accidit quod mutatur in stellam id est in
virum lucidum et perfectum et sanctum
Ita quod in celo finaliter collocatur
Nunc per spem per quam per spem venit
per voluntatem per quam per rem Quod
patet in Maria Magdalena etc. Cer Certitudo
titudo Nota quod certitudo est iudicial
et hec precipue debet spectare ad mini
stros regni mundi Quia antequam
procedant ad aliquid abmodicandum
vel ad aliquid iudicandum
semper debent esse certi et instructi
Leo enim certissime considerat quem
in eum lapidem mittit et si
quod inter multos eligit et infalli
biliter invadit et in ipsum plus quam
in aliud servit Sic vere iudex
tribunalis debet considerare et
inquirere de excessibus subditorum
et tamen certitudine habita debet
procedere ad vindictam ut dignoscitur
dicitur illud Sapientie v° Induet
pro thorace iustitiam et accipiet
pro galea iudicium certum Sed
est hoc in multis contrarium
etc. Cherub Cherubin Nota Cherub
quod cherub in singulari et cheru
bin in plurali interpretatur plenitudo
scientie Realiter autem signat
secundum ordinem prime ierarchie
angelorum qui cherubin appellantur
eo quod dono scientie precipue sunt ditati
Sed qualitercumque accipiatur potest
signare prelatos qui precipue debent
esse scientifici et districti Sic
enim dicit Avicenna omne animal
quod generat habet oculos preter talpam
Sic vere illi qui ex statu et
officio debent et habent alios generare
per gratiam et virtutem ut predicatores
et prelati Necesse est pro eo quod habeant
oculos clari intellectus scientie sapientie
et discretionis ut scilicet sciant quid
facere debeant in iudiciis et pro
motionibus Sed sunt multi ut tal
pa que semper subterra manet Ita

sunt in rebus terrenis pavaritiam
involuti Debet ergo esse platus
ille cherub Dequo Ezechiel x°
Duas facies habebat cherub Debet
enim platus habere duas facies
i. duplicem notitiam et discre
tionem scilicet in spiritualibus et in temp
oralibus ut scilicet de activa ad con
templationem et de contemplativa
veniat ad activam Unde Ambro
in suo pastorali Magna sub
limitatis magna debet discretione
firmari Quam tamen raro inveniuntur
scilicet quod platus sit bonus et inv[e]ctus
circumspectus Raro enim inveniuntur
scilicet quod animal cornutum in utraque ma
dibula habeat dentes Sic vere
raro inveniuntur cornuti i. plati
qui habeant dentes i. districtionem
superius et inferius i. in spirituali
bus et in temporalibus et tamen
Cessare — utrumque est valde necessarium
rc. Cessare Cessatio Nota quod
quedam cessatio est viciosa scilicet ces
sare a vitiis et peccatis / homo enim
libenter abstinet atque cessat are
bus per quas sibi iminet periculum
nimine Unde dicit plinius quod
si lupus hominem persequitur et
homo aliquas spinas in via coram
lupo fecit ut potest si palum in me
dio fixerit vel aliquod tale statim
lupus cessat enim persequi timens
illaqueari et impeditum incidere
Sic vere karissimi qui cognoscimus quod propter
illa que facimus nobis possit aliquod
periculum accidere statim debemus
cessare Et alia timore qua scilicet
cessatur a virtutibus Cervus enim
fugiens venatorem quoque in sibi
illo venatoris et intaratu ta[...]
ita delectatur quod currere cessat et
sic faciliter rapitur a beis Tigris
etiam inveniens speculum et ibidem
umbram propriam videns et credens
esse suos catulos cessat currere ibidem
ibique sistit et sic dat locum fugiendi
venatori et a recuperatione catulorum
impeditur Carissimi cursus spiritualis
est exercitium virtutum / quelibet enim
virtus est unus passus ad cur
rendum in celum Sed proch dolor ab illo
cursu cessat homines multis de causis
Aliquando propter procellam diabolice sug
gestionis aliquando propter speculum temporalis
possessionis aliquando propter lucrativum
aliene detractionis propter ista et
alia sepe homo a cursu bonorum
retardatur Sed nos debemus continua
re in cursu Et potissime ea sunt
a quibus non est cessandum scilicet oratio
predicatio elemosina seu compassio
De oratione dicitur Collossenses 4° Non
cessamus orantes pro vobis Depre
dicatione dicitur ysa. lviii° Clama
ne cesses rc. De compassione autem
et elemosina dicitur Ecclesiastici
xi° Mane semina semen tuum et
Cibus — vespere ne cesses manus rc. Cibus
Nota quod primus cibus est corporalis
et iste cibus secundus est cum so
brietate debet haberi sobrietate de
Prov. xxiii° Suffocat te lac
tepescit in cibos tuos Si enim
sumuntur cibus inmoderate variet
ex eo infirmitates ex eo generantur
scilicet febres apostemata et repleti
ones Hoc patet in multis gulosis Un
Ecclesiastici xxxi° Confundit te scilicet
diabolus in cibis scilicet inmoderate
sumptis Confundit enim diabolus
gulosum quo ad tria bona que sibi
infert scilicet bona nature bona gratie et
bona glorie / Talibus enim qui inmo
derate sumunt cibum accidit sicut lupo
qui famem diu sustinere tan
dem arctatus fame ad predam vadit
Ita quod solet cibis inhabilitur se replet
Et tunc volt ludere vel quiescere
et si sit a venatoribus sive inventus
evadere non potest et captus occiditur
Est etiam lupus maxime oblivio

dicit Gervasius Quod qui cibum
comedit si forte a cibo oculos di
vertit statim obliviscitur ipsum
cibum et currit ad aliud perquirendum
Ista omnia moraliter intellecta inve
niuntur in gulosis qui sunt magis
obliviosi eorum que ad salutem
pertinent ut patet in guloso epulone
Non sic karissimi Gula enim non respicit
unde veniat sed quo tendat Jero
nimus ad Tit. 1o Senes multi in urbe
consumpti sunt qui fecerunt sibi ci
bum inmoderatum et gulosum
superfluum et exquisitum Secundus
cibus est spiritualis scilicet cibus euka
ristie De quo Johannis 6o Caro
mea vere est cibus Et iste est su
mendus cum magna aviditate
Sicut enim cibus temporalis in cor
pore virtutem confirmat sanguinem
augmentat ingenium acuit vires
operandi tribuit sanitatem custodit
sompnum dulcem inducit Sic vere
cibus corporis Christi confirmat virtute
perfectionis augmentat sanguinem
compassionis vel memorie Christi
passionis acuit ingenium spiritualis
discretionis vires fortificat ad la
borem bone operationis inducit
etiam sompnum eterne requiei et con
solationis Sed advertite quod [illegible]
et idem cibus est uni sanus et
alteri nocivus sicut patet de carnibus
et vino que sanos nutriunt infir
mos occidunt Sic pro certo cibus
eukaristie quamvis sit unus et idem
dignis autem sumentibus proficit et
ideo dicit apostolus Probet autem seipsum
homo etc. Est enim eukaristia similis
amigdalo que hominibus est cibus
vulpibus autem est venenum Sic
etc. Odericus etiam ponit quod prope
mare Caspium nascuntur fructus
peponum in quodam medio animal
gignitur ad quantitatem cuniculi
ita una cum ipso pepone cibus
Ampietatem et secularia desideria. Tandem querit utrum credat in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre et ille respondet credo etc. et sic de singulis articulis fidei distincte specificando et interrogando. Et licet xii sint articuli fidei in simbolo de quibus omnibus deberet querere et interrogare sigillatim, tamen sufficit si plures articulos simul coniungat et deinde simul querat et ita sufficit. Si totum simbolum sub verbis vel certa parte interrogando. Interrogacio autem ista debet esse vulgari vel latino quamvis communiter patrini latine respondeant pro baptisando parvulo. Licet tamen sciendum quod si adultus baptisatur licet patrini ipsum teneant, tamen ipse debet respondere et non patrini ad interrogationes fidei et ad renunciationem supradictam inquantum habeat usum liberi arbitrii. Hoc autem simbolum editur baptisanti tanquam nove vite auditoribus, per quam professionem incipit in eo mori vetus homo et exsurgere novus homo qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Tandem sacerdos accepto oleo sancto ad hoc dispensato quod vocatur oleum cathecuminorum revelans pectus eius et scapulas suas et denudans eas ungit primo in pectore et demum in scapulis dicens Ego te linio oleo salutis in Christo Ihesu domino nostro et tandem subiungat pax tecum et ille respondet et cum spiritu tuo. Ista autem olei inunctio signat hominis inpedicionem in pugna quam suscepit adversus diabolum secundum Thomam vel secundum Petrum de Tarentasio signat legem dei amatorem. Pectus hoc quod fit in pectore ubi est locus cordis. Pectus hoc autem quod fit inter scapulas signat devotam subiectionem. Ungitur in pectore ne ei hostis immunda persuadeat desideria. Inter scapulas ubi est vigor portandi onus ut fortitudinem accipiat ad portandum dei et eius pondus. Ungitur etiam in pectore ut vigeat in corde eius sapientia. Ungitur etiam in humeris dextro ut operationibus bonorum operum indeficienter suadeatur patientia. Nota quod notavit aliquis sinistra [illegible] quod faciat dextre [illegible] Christi vel crucem vel in humeris [illegible] portandi [illegible] huius per hanc unctionem ipse athleta dei dicatur ut sciat se esse ad certamen vocatum

Et per totum vite sue cursum contra antiquum hostem publicis ac privatis congressionibus esse pugnaturos. Vel secundum Rabanum in libro de institutione clericorum pectus unguitur ut nullas reliquias habentis inimici in eo resideat. Sed fidei cuiuslibet mentis sue confortetur. Item inter scapulas ut undique muniatur et ad bona opera facienda per dei graciam roboretur. Deinde omnibus hiis rite peractis querit sacerdos a patrinis tenentibus infantem vel si sit adultus ab ipso adulto dicens N. vis baptisari et ille respondet volo. Tandem sacerdos querit vis baptisari et ille respondet volo. Hec autem fiunt propter hoc ut constet de voluntate et proposito baptisandi. Et ne coacti baptisari videantur. Et tunc sacerdos recepto eo puero ad unam manum sinistram denudato eo si est in estate. Si vero in yeme tunc denudato ipsius capite patente et manifeste usque ad scapulas tenendo ipsum super fontem si est infans. Si vero adultus fuerit solum inclinato suo capite in fontem dicat distincte et expresse habendo intentionem ipsum baptisandi hiis verbis. Et ego te baptizo in nomine patris et cetera. Et cum faciat manu dextra primam aque in capite pueri perfusionem. Statim quod prosequatur dicens et filii faciendo secundam perfusionem sicut primus supra caput pueri. Et demum subiungat et spiritus sancti faciendo tertiam perfusionem seu affusionem quandocumque ablutionem. Et [illegible] in mersionem recipientis [illegible] a [illegible] cessat ipsius alius et novum hominem induit et renatus per sepulturam [illegible]. Unde autem Apostolus [illegible] baptisati consepulti sunt [illegible] in libro de sacramentis dicit quod trina mersio quam [illegible] baptismum et trina immersio in baptismo [illegible] tem lapsum pecca qui sibi abluuntur scilicet cogitacionis locucionis et operis trina confessio. Ista autem forma observanda est etiam a secularibus baptisantibus in necessitate et per curatos sepius predicanda. Nam reperi in parochia mea quosdam multa superstitiosa et vana hiis verbis addi et [illegible] mirabiliter [illegible] Quidam cum solum proferunt ista verba sine affusione aque credentes sufficere

Salem verborum prolacionem. Quidam autem
false proferunt cum hiis verbis tanquam
quedam verba formam verborum imitantes
dicentes sic. Ego te baptiso in nomine dei
patris etc. Quidam autem dicunt in nomine
dei omnipotentis amen. Que omnes forme
cum non sunt nec aliquid operantur.
Sed hic queritur cum sunt ista verba cum
dicat patrinus in vulgari abrenuncias
sathane s. abrenuncio vel credis in deum
et ipse videt credo. Videtur contradiccio sed
quod fuit mentitus videtur quod ille qui videt
si enim sunt opposita patrini mentitur quia
non habet intencionem ut baptiset. Si autem
proprius dicitur intelleccionis mentitur
patrinus ad puerum nullius sit valoris
temporis quod post opus quod dicit mater vera
lavat. Aliquando dicitur esse quod patrinus
in persona sui loquitur. Cum autem videt
credo tunc esse ac si diceret. Eciam fidem
thesus per quam hic salvari potest. Et cum
similiter videat volo baptisari sensus
est volo in fide mea quam ego teneo
baptisari. Sunt ergo verba pueri propter
incompetitatem verborum pueri. Veritas tunc
prolatus patrini ad puerum refertur. Unde
est bona vel ventura et quod videtur
in persona parvuli credo non est falsum
unus nec contra consuetudinem ecclesie, sicut Augustinus
frequenter accipitur per re sicut dicimus
Pascha resurreccio domini. Et videntes fu-
mum dicit sic videre ignem. Unde sensus
est credo et sacramentum fidei recipio
vel recipere propono vel ad credendum
me obligo dicit eciam iste doctor quod
patrini tenentur pueros docere in hiis que
sunt de fide vel de bonis moribus
si non habent alios doctores. Unde autem
propterea habent alios doctores vel parentes
katholicos et visitent ecclesias ibi
pueri doceantur et sic patrini excusantur.
Notandum eciam quod qui vult esse verus
patrinus non solum debet videre verba solum
sed eciam tangere puerum. Unde tactio
non est de necessitate sed tantum compa-
ternitatis sed tenacio seu levacio. Propter eciam
compaternitatis contrahitur per provocatorem
quantum ad dimicationem sed non quantum ad
vinculum compaternitatis spiritualis. Unde solus
primus est verus compater secundus non
tenetur de penitencia c. si quis de. Deinde
sacerdos accepto sacro crismate ungit puerum

in vertice in summitate capitis dicens orationem
que sequitur Deus omnipotens pater domini nostri
Ihesu Christi qui te regeneravit ex aqua
et spiritu sancto. Circa quod cavendum est sacerdoti
ne pueros ungat crismate in fronte sicut
plures tamen fecisse cognovi et eos dictum
prohibui facere. Nam solus episcopus
debet ungere in fronte in confirmacione. Unde
prohibitum est inferioribus sacerdotibus
ne unquam ungant aliqua unctione
frontem hominum de hoc expresse habetur in glosa
de con. di. v. baptisatus. Et de eo li. vj
Ubi dicitur post baptismum sacerdos ungat
crismate in vertice non in fronte quia
hoc est solius episcopi de confirmacione
quod prohibitum autem ne sacerdotes in-
feriores ungant in fronte habetur
in pluribus locis vel de con. di. v. c.
novissime. Errorem autem causam illos
quos sic vidi errare dedisse compertum
libros viciatos in rubricis hiis precii
Nam fere omnes agende et libelli bap-
tismales in hac loco sic habent. Hic faciat
sacerdos crucem cum crismate in fronte. Colli-
gant igitur tales doctores libros
suos ne ipsi a aliud corrigatur et agant
priorem de errore predicto. Adeantque au-
ctoritate ordinaria per quam eis
super huiusmodi errore commisso dispensetur.
Efficit eciam ista unctio in capite ut caritas
que per spiritum sanctum datur abundat
semper in cordibus nostris sicut illud Canti-
corum oleum de capite tuo non de-
ficiat. Unde et Apostolus Caritas dei diffu-
sa est in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. Vel fit hoc in vertice
ut cognoscat se unctum esse ad regnum
regum et sacerdotale id est ut Apostolus Petrus
vocat genus et domini regni sit scilicet cohors
Tunc eciam statim tegitur veste candida mi-
tra in capite ut intelligat se diadema
regni et sacerdotalis sic debitum esse
potitum. Sed dices adhuc iam spiritus sanctus
datus est baptisato in ipsa aqua baptis-
mi. Respondeo quod sic sed tunc ibi
Nam ibi datur ad expulsionem peccatorum venia
Unde eciam per illam aspersionem aque in
baptismo omnia peccata prius perpetrata
sunt. Sed hic datur in ista unctione ad esse
tandum in cordibus vero dei et proximi dilectionem

Consequenter baptisato datur vestis candi-
da que debet ita disponi ut cooperiat totum
caput et omnia loca unctionum scilicet scap-
ularum et pectoris secundum Hugwitionem que dicitur
vestis sue figuram representat acceptam nouitatis
et resurrectionis innocentie et spiritus si-
ue immortalitatis. Hec enim vestis nigra
ad nuptias regis intrare quere ...
est. Unde sacerdos imponendo eam dicit
Accipe vestem sanctam candidam et imma-
culatam id est vite innocentiam quam tecum
in resurrectione quam perferas ante tribunal
Christi ut habeas vitam eternam. Immo potest
in isti pomoralis ... pro aliis prius
baptisandis ut ipsum dicitur de conse. di. iiij
Si quis voluerit vestem crismalem lineam
et sicut alium baptisatum mittere non
est absurdum. Hec ibi. Deinde sacerdos
tradat puero in manus lampadem sive
cereum lumine accensum et ardentem
que signat fidem et amoris karitate
lumine ... sicut fides sed mancipium ardens
sicut fides informata caritate formata
In manibus autem accipitur sicut opus com-
ditionis et cum tamen omnes cum christo ...
ad nuptias venienti. Et ideo dicit sac-
erdos accipe lampadem ardentem et
irreprehensibilem et custodi bap-
tismum ut tu dum ad nuptias venire
posses et occurre una cum sanctis et
electis dei in aula celesti et habeas
vitam eternam et vivas in secula seculorum
Amen.

De sacramento confirmationis

Confirma hoc deus quod
operatus es in nobis Psalmo lxvij

Post sacramentum baptismi sequitur
aliud quod maius esse quantum ad ministrorum
dignitatem. Hoc autem a solis ponti-
ficibus id est episcopis tantum tradi sicut et a solis
apostolis tradebatur ut dicitur de conse. di. v
Manus quoque impositio ... cum unctio per
ea sequitur confirmatio. Hic pater dimi-
ttitur. Hic que dona datur. Datur
autem illa hic gratia que contra singula vicia
et si vero semper quoque cum pugna.

Est ergo gratia illa quasi armatura
quedam in hac certamine per quam christianus
vicia repugnamus. Quem enim submer-
sit egypcios atque ... filios
israel alii hostes per christum oppugnabunt.
Sic submersis diabolo in baptismo qui
prius nos insequebatur. Multa nobis
per huius vite certamen vicia resistunt
contra que vicia gratia in hoc sacramento
data quasi armatura quedam et mi-
nistratione quadam munimur. Unde post
baptismi susceptionem in quo collata
gratia quantum ad innocentie et venie
vite resurrectionem tamen per ...
certa sibi dat sacramentum adeo per quod
in illa gratia confirmatur. Unde propheta
verba: Confirma hoc deus super sacramentum
confirmationis quod operatus es in nobis
scilicet per gratiam baptismalis renova-
tionis. Ista ergo duo sacramenta sunt
connexa ut ab invicem nisi morte
preveniente ambo atque possunt separ-
ari. Et unum sine altero preparari. Pe-
rita dicit Malachias. Confirmatur
episcopis cum verba ponuntur de conse. di. v.
De his vero diffinitur autem ipsum sa-
cramentum secundum doctores super quarto sententiarum
di. vij q. i. Confirmatio est unctio de
homine viatoris aliqua libere consentiente
vel libero arbitrio in utroque facta
in fronte in figura crucis ab episcopo
confirmante sanctificato. Et hoc cum sacris ver-
bis simul cum intentione debita in-
ungente et verba certa proferente
signans efficaciter confirmationem
divina unctione ac per gratiam robo-
rantem ad confitendum cum constantia
fidei. Vide Cuturi quod sciendum quod secundum Pe-
trum de Tarentasio super iiij di. vij et
archidiaconum de conse. di. v Novissime quo-
dam dicitur de suba(?) huius sacramenti duo requiruntur
sacramentum in se scilicet materia confirmationis id est oleum
cum balsamo ab episcopo sanctificatum ut de
conse. di. iiij presbiteri nec per se nec cum
oleo confirmari hoc sacramentum nisi ad quem
sanctum Thomam super iiij di. vij q. i
ar. iij. Illa sancta que sibi invisi-
bilem unitatem ... sanctificatam requirunt

Et sequitur. Sed sacramentum ut baptismus quod non determinat sibi ministrum nisi quantum ad sui solempnitatem. Et quia hoc sacramentum determinat sibi ministrum, ideo requirit maiorem sanctificationem ab eo qui est minister vel huius sacramenti, scilicet ab episcopo. Qualis autem materia est ostendit ibidem articulo 2 dicens: quia hoc sacramentum initium sumpsit ab adventu spiritus sancti in discipulos qui apparuit in linguis igneis, sed ignis inest multum convenienter accipi potest loco eius pro materia in confirmatione quod oleum comburit et nutrit ignem. Significatur autem linguis convenientibus accipi potest ab doctore (?) quia propter baptismum potest adorari quia lingue odor vel bone notitie confessionem lingue odor vel bone notitie significatur in oleo. Item dicit sic diffinimus in eodem loco. Secundo sicut visibilis apparitio spiritus sancti fuit in igne figurato figura lingue, ita materia confirmationis est in oleo balsamato, ut oleum pertineat ad confirmandum quod oportet habere nitidam, et balsamum ad famam quod oportet diffundere verbis et factis in confessione fidei. Hec sanctus Thomas. Dicit Scotus quod licet institutionem huius sacramenti non sit visibilis talis materia nec apostoli per eum tamen non in qualibet ecclesia hodie utitur tali materia, eo quod tamen Christus non alligat suam potentiam sacramentis, potuit et sine tali materia conferre per aliud modum gratiam huius sacramenti. Item sicut dicit sanctus Thomas potuit ad apostolis dispensare in primitiva ecclesia ut per aliud modum conferret hoc sacramentum, maxime cum tunc ostendit aliqua signa sensibilia, ut puta descensus spiritus sancti desuper et donum linguarum que omnia accipiebat confirmata per apostolos. Unde non fuit tibi necessaria materia huius sacramenti in signo tam occulto, cum eius magis illud visibile et evidentius illud ostendebat. Ita dicit hic idem doctor quod hec materia ab ipsis apostolis sit instituta, licet non legatur. Secundo dico quod est de forma huius sacramenti est forma verborum que est hec: Consigno te signo crucis et confirmo te crismate salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti. Require circa diaconum de consecratione distinctione v capitulo iii novissime. Item dicit quod Hugo fuisse contemnisse quod forma predicta nec alia est de forma huius sacramenti, imo credit quod sacramentum olei et sacramentum confirmationis possit conferri sine aliquibus verbis, — vel alia ut — eo vero modo debita fiat unctio cum debito balsamo consecrato. Item etiam notat Scotus dicens illud ibi quod hec dicit sub dubio. Ergo aut istud dictum tamquam unus sacramentum non recipio nec ad multos, eo quod non iure nec ratione subsistit et omnibus theologis insolitus adversatur. Tertio dico quod est de forma huius sacramenti: requirit oportet ministrari esse dignitatis pontificalis et interius debita. In tantum autem requiritur ministerium pontificis in collatione huius sacramenti, ut si per aliud simplicem sacerdotem fieret etiam de commissione episcopi non valeret, licet sicut quosdam papa possit hoc soli sacerdoti committere ut possit hoc sacramentum conferre, et hoc tenet glossa in capitulo quanto de consuetudine. Hoc etiam tenet ibidem Hostiensis. Hoc etiam Archidiaconus pro vero pervenit. Hoc etiam approbat beatus Thomas assignans rationem dicens super quarto distinctione vii questione vi articulo ..., ubi beatus Thomas assignat rationem quod licet papa qui est episcopus summus non habet plenitudinem potestatis super relationem ad corpus Christi verum habet respectu administrationem, ideo promovet ad illas perfectiones que non respiciunt ad corpus Domini verum, sed solum misticum, potest committere papa sacerdoti qui habet actum suum summum super corpus Christi verum. Non autem potest hoc committere diacono vel alteri ministro sicut nec absolvere in foro penitentie. Item sanctus Thomas. Licet simplex sacerdos de mandato pape non possit conferri ordines sacerdotii quia ille ordo habet actum super corpus Domini verum, et super materiam autem potest ei concedere sacerdoti hic confirmet quia confirmatio perficit eum in actu corporis mistici, non autem habet relationem aliquam ad corpus verum. Et hoc dictum totum approbat Scotus. Scholis bona regula videtur premissis considerationem secundum esse maiori parte doctorum predictorum.

Cum in confirmacione dono celesti hoc
approbantes confirmant in eo et contra eadem
Tertium est de forma huius sacramenti competenti
suscipientis. Locus suscipientis qui
est frons vnctus cum fit ad signum id quod
confertur in sacramento Unde et in confirmacione
confertur audacia confessionis cuius oppo
situm in timore vel erubescencia princi
paliter et evidencius manifestatur
Ideo fit vnctio frontis Hec est racio Ri
chardi de quarto distinctione v novissime Alia ra
cio secundum petrum super quarto distinctione vii q iii Ter
ciam habitur in fronte signatur iuxta
illud Ezechielis iii Ecce dedi faciem
tuam duriorem frontibus eorum Unde
in tribus sacramentis fit christi vnctio
confirmatis [illegible] quando fit vnctio
in baptismo ut dictum est fit in vertice
ad significandum fidei suscepcionem quia
vertex est locus racionis In confirma
cione in fronte ad significandum auda
ciam confessionis cuius impedimentum
est timor et verecundia qui palore vel
rubore rubescere frontis ostenditur
ex propinquitate cellule ymaginative
In ordine vero in manibus ad suum
statum consecrandi divinum corpus
hec potius Aliam racionem ponit
Canon dicens Spiritus sanctus in baptismo
tribuit plenitudinem ad innocenciam
in confirmacione augmentum prestat ad
graciam In baptismo regeneramur ad
vitam post baptismum confirmamur ad
pugnam In baptismo abluimur
post baptismum roboramur regeneratos
per se salvat confirmatos armat et
instituit ad agones Unde huius et plura
de quarto distinctione v Spiritus sanctus hiis omnibus
consonat Rabanus de institucione clericorum
li i c xxx dicit Signatur baptisatus
cum crismate in capitis summitate per
sacerdotem per pontificem vero in fron
te vel in fronte vnctione sed in summitate
capitis in forma baptismo capitis
significatur super eum spiritus sancti descen
sio ad habitacionem deo consecrandam
In secunda quoque scilicet in confirmacione vnctio
spiritus sancti septiformis gracia ad
plenitudinem sanctitatis et scien
cie virtutis venit in hominem declarari

Recetur

hentur verba ista de quarto distinctione v novissime
Datur ergo hec gracia non solum contra sicut
in aliis sacramentis scilicet gracia emundans
a peccato sed eciam specialis per quam quis
deputatur ad officium sacrum et ydoneus
efficitur ad publice confitendum Christi no
mina veritatis Unde hic debet
pensare homines et istud sacramentum
non omittere nam omisso ipsius aug
mentum gracie sibi subtrahit et amittitur

Consequenter videndum

est de accidentalibus huius sacramenti que
sunt Primo ad istud sacramentum est con
ferendum aliquibus episcopo ut dicit Bonaventura
de quarto distinctione v ut episcopus hoc autem propter
huius sacramenti gracia venerabilius
est quod alicui confert vel quod episcopis
competat non propter maiestatem functionis
sed propter perfectionem quod confert
quod est in teneris confirmando que ante
perfectionem commode competit non propter
vel quod aliquis venit de loginquo
non valentes spectare ad crastinum
Unde melius est ut eum confirmet
quod si episcopo retardante dimittatur Secundo
quod istud sacramentum a ieiunis hominibus
recipiendum propter reverenciam et ho
nestatem ipsius sacramenti ut dicit
magister Bonaventura de quarto distinctione v tamen
ut eciam in necessitate eciam post prandium
potest suscipi Tercio quod in suscepcione
huius sacramenti debet alter confirmatum
tenere confirmandum ad signum quod ille qui
accedit ad sacramentum non habet robur
standi per se nec pugnandi pro se
nisi adiutus ab alio licet autem
de racione sacramenti confirmacionis debet esse
qui debet illud tenere sed si non confirmatus
non propter hoc est iteratum sacramentum licet
tenens peccat ut de quarto distinctione iiii in
baptisato quarto eciam de quarto distinctione v
novissime Quarto requiritur quod locus
vnctionis ligetur primo quo inunctus
est crismate et postmodum eciam sanguinem
recipiat debet homo se subiugare disciplina
in custodiendo crisma ne sed capite
lavat vsque ad vii dies propter septem
dona spiritus quo eum recepit hoc habet

hodie non fiunt

tum bonum tum etiam [illegible] propter reverentiam
sacramenti et honorem precipuum. Consue-
tudo autem [illegible] usque ad tertium diem
ligatura illa portetur et tunc locus
confirmatus per sacerdotem et locus frontis
sale et aqua benedicta lavetur et aqua
in sacrarium vel fornacem effundatur

De cautelis huius sacramenti

Primo caveat episcopus ne aliquem
bis confirmet quia confirmatio sicut
ipsum sacramentum est iterabile [illegible]
imprimit caracterem indelebilem
sicut et baptismus et ordo quia magnam
iniuriam faceret sacramento qui illud
iteraret quia per hoc prima confirmatio
iudicaretur nichil valuisse. Secundo
caveat similiter confirmandus ne bis
scienter confirmari se permittat nam
talis iniungenda est penitentia in monasterio
et ibi sub arta regula deo famulari
ut [illegible] de consecratione distinctione v dampnabilis.
Tertio caveat ne vir teneat in
confirmatione maritum vel uxorem
propter contrahendam cognationem spiritualem
que impedit matrimonium ad con-
iugalem actum [illegible] ab
sponsa ad mortem alterius et sic
separari debeat [illegible] licet non
absolvantur vinculo matrimonii
usque ad mortem. Similiter caveat
ne quis filium proprium teneat quia
tamen contrahitur cognatio spiritualis inter
coniuges nec tamen matrimonium dirimitur
sed bene puniuntur coniuges. Similiter
caveat ne soror fratrem aut cognatus
teneat quia sufficit inter tales vin-
culum cognationis carnalis. Si tamen
fiat nichil impedit sed honestius
est abstinere ab hoc. Nam [illegible] est
audivi si fratrem sororem vocaverit
in hoc casu [illegible] spiritualem
quam illa illum [illegible] alii [illegible] cog-
nati

et sic et patrinos [illegible] patrini
[illegible] tenere confirmandos nec
potest et alios. Quarto caveat confirmandus
quod non accedat ad ipsum sacramentum
nisi confessus si est conscius alicuius mortalis
peccati ne ponat obicem gratie. [illegible]
[illegible] est in hoc sacramento [illegible]
est [illegible] sacramenta suscepit unum sacra-
mentum non [illegible] sacramenta [illegible]

De sacramento eukaristie
accipite et comedite etc.

Anima suscitata a peccatis per baptismum
et confirmata in gratia per confirma-
tionem ne laborantes in via peregrina-
tionis vite in certamine spirituali deficiant
opus habent refectione cibo spirituali. Ideo
dicit salvator Christus. Si dimisero eos
ieiunos deficient in via. Ideo post
duo sacramenta sequitur tertium venerabile eu-
karistie que est cibus animarum [illegible]
et esca [illegible] viatoribus preparatus est
viaticum appellatur sine quo vitalis
gratie defectio est. Unde [illegible] illud
Johannis vi. Nisi manducaveritis
[illegible] obmittatur sed [illegible]
magistro fidelibus hortatur salvator
in nobis ipsis dicens Accipite et
comedite. Et notandum ordo ut per
baptismum et confirmationem [illegible] hoc venerabile
sacramentum ab adultis. Agnus siquidem
quia [illegible] in mari rubro
[illegible] per mare predicto filii Israel novum
pascha in azimo pane fecerunt
in deserto. Sic nos [illegible]
in baptismo [illegible] in deserto
huius mundi pascha novum de azimis
sinceritatis et veritatis huius sacratissimi
panis facimus. Circa hoc [illegible]
sacramentum excellentissimum tria consideranda
sunt. Primo quid [illegible] ipsum
Secundo declaranda. Tertio cautele. Primo
sciendum quod circa hoc sacramentum sunt

de sua sui gratia. Secundum est ordo sacramentalis
nullus enim preter hoc sacramentum conficit nisi sacerdos.
Unde laicus sanctissimus nec angelus bonus
preter hoc conficere quia sacramentum hoc eius pertinet
super actum consecrationis huius sacramenti nisi
ordinatus in sacerdotem. Non enim meritis
sanctitatis sed auctoritate officii et ministerii sacer-
dotalis hoc conficitur sacramentum. Unde tamen(?)
non in meritis consecrant sed in verbis
conficitur sacerdotis. Ex quo patet error illorum
qui dicunt quod si laici proferrent verba ca-
nonis super panem triticeum conficerent
sacramentum. Quod omnino falsum est. Necnon quo-
modo(?) illa questio que refertur de
quibusdam pastoribus laicalibus qui adi-
scentes verba consecrationis vel certa a sacerdote
tempore consecrationis ipsi etiam venientes(?)
ad greges suos super panem protulerunt
eadem et statim apparuerat quasi puer
pulcherrimus. Ibi enim non fuit vera caro
Christi sicut est in hoc sacramento per sacerdotem
confecto sed ibi fuit miraculose per-
missione divina quedam figura et species
corporis divinitus formata. Licet ille pu-
er esset Christus verus deus et homo huma-
nus sicut est in sacramento isto per sacerdotem
confecto. Ubi realiter est Christus cum divi-
nitate et humanitate et anima sua. Sed
non est in celo nec tamen(?) illa caro illius pue-
ri adoranda fuit sicut corpus nec similiter(?)
proprium(?) sed quoddam miraculose
opus divinum venerandum. Sic alia
miracula divina. Sic dicitur de sanguine
illo qui dicitur exivisse de ymagine lignea
passionis Christi cum quidam Iudei in
cellario confodissent vel contumeliose(?)
Christi subito emanavit quidam humor
sanguineus in maxima quantitate
quo viso Iudei illi fuerunt conversi.
Ille enim humor non fuit sanguis Christi
verus sicut est in hoc sacramento nec dignus
tali veneratione sicut in calice sed tan-
tum sic venerandus tamquam miraculosum
opus dei. Et dicitur quod talis humor sanguineus
collectus in loco cellarii perditi sunt predic-
andi(?) preces(?)

Ad tertium dissolvitur error quo quondam
errant fideles qui putantes esse verum
Christi sanguinem adorabant adoratione
latrie et sic ydolatrabant. Unde dato
quod fuisset verus sanguis Christi sub
calice collectus adhuc non esset ve-
nerandus quando ipse qui est in calice
per sacerdotem consecratus. Sed hunc(?)
est quod ille divinus est adunitate quam(?)
tam cito effluxit vel terra de Christo non
potuit dici filius dei amplius u-
nitus(?) vermis et vermiculus(?). Sed ad
quod est in calice est coniunctus divinitati quod
est ipse verus est deus hic est verus filius
dei cum ibi ratione concomitantie sunt
etiam vera caro Christi et anima eius et
divinitas. [illegible] Si
manducatur ... quod remanserat(?)
sanguis subito post resurrectionem domini nec
etiam de carne preputii sicut Rome pre-
servatur. Item in Hollandia(?) et Coronice(?) quod
sit habuisset duo preputia. Magne
igitur sunt dignitatis sacerdotes quod hoc pus
quod nullus nisi ... hoc facere potest sed pro
dolor dignitatem suam indigne attendunt
nullus pene hoc reputantes. Septimum(?)
Secundum est quod de esse huius sacramenti est
materia debita scilicet panis triticeus. Et
hoc quod duo grana tritici sic comparavit
Iohannes xij. Tunc etiam quod ipse se
credidit sic confessus. Item vinum vitis
est materia debita sicut ... vitis
comparavit Iohannes xv. Sed an
duo scilicet panis et vinum ita sunt requirenda
in consecratione ut sine vino ... altero
dicat consecrari aut celebranti sufficit.
Dicitur in Gelasii(?) Sacerdos corpus Christi
sine sanguine minime sumere(?) aut
cum integra sumat sacramenta aut ab
integris arceatur quia divisio unius
eiusdemque misterii sine grandi sacrile-
gio non potest provenire. De consecratione dist. ij.
Unde Non puto hoc quibus quod hoc sit
quod sacerdos de integro sacramentum non
possit consecrare hostiam preter sine calice
consecratum ex forma consecrationis

parvis et talibus non sequeretur peccatum
aliquid sed alterum totum effectum separatum
[illegible] sed hic dico quod hic sacerdos
[illegible] sine gravi peccato. Addenda etiam
est vino modica aqua que significat
[illegible] populi ad Christum in hoc sacramento.
Et licet sine aqua in solo vino possit
confici, non tamen sine gravi peccato.
E converso vero in sola aqua sine vino
nichil conficitur et gravius est
peccatum quam primum vel oblationem quam
facit populus que celebrationis et
elevationis quorum omnium reus est
celebrans. Quartum quod est de substantia
huius sacramenti est debita forma
verborum que est hec super hostiam
Hoc est enim corpus meum. Et super
sanguinem Hic est enim calix sanguinis
mei novi et eterni testamenti
misterium fidei qui pro vobis et pro
multis effundetur in remissionem
peccatorum. Circa quod sciendum quod
licet illa quinque verba posita in ma-
nibus formis non sint de substantia forme
simpliciter necessaria quod debet apponi
[illegible] qui [illegible]
[illegible] supplet et graviter
peccat et obmittens eam quamvis
conficiat. Attente et maturitate
et hoc omnes peruenit ad usum facti
et non est de substantia forme. Sed si quis
queritur ista locutio est vera cum sacerdos
dicit Hoc est enim corpus meum, hoc enim
videtur falsum si ex persona sacerdotis
illa verba dicantur cum sacerdos
intendit ibi conficere corpus Christi
sed Christi. Ad hoc dicitur frequenter
ista verba sacerdos non profert ex per-
sona sua sed Christi demonstrat et
hoc pronomen hoc verum corpus Christi
in ordine ad totam compositionem
huius forme Hoc est enim corpus meum
quod prolato solo isto pronomine hoc
est [illegible] sit corpus Christi sed prolata

tota forma corpus Christi in instanti quo in prolatione
istorum verborum fit transsubstantiatio ad quam
ordinantur precedentia. Et propter istud illius
sacramenti est quod sanctus Thomas super
quarto distinctione viii q. ii articulo i Forma
huius sacramenti differt a formis aliorum
sacramentorum in duobus. Primo quod forma
aliorum importat usum materie sive
aut ipsam operatam consecrationem
[illegible]. Unde minister seu sacerdos in
proferendo istam sacramentum non habet
aliud actum nisi prolationem verborum ex
persona Christi. Secundo quia forme aliorum
sacramentorum proferuntur ex persona ministri
et forma aut ipsam ex persona Christi
loquentis. Intelligendum autem quod quodlibet
verbum positum in hac forma est sciendum
et hec forma est sufficientissima.
Primo quantum ad operativam potentiam
quia cum factio non habeat suam comple-
tionem ideo convenienter ponitur istud pronomen
hoc demonstrans panem qui est trans-
substantiatus in corpus Christi et est
idem cum corpore Christi. Secundo est suffi-
ciens quantum ad modum operandi quia
hic [illegible] adque est sine omni mu-
tatione aperte [illegible] ideo bene ponitur
hoc est designans manentiam et non
ponitur verbum fiendi scilicet designans
mutationem. Tertio est sufficiens
ex parte operis quia hoc corpus
non Christi primum designat corpus Christi
ministerium quod est [illegible]
forte [illegible] sufficienter
[illegible] ideo includitur
[illegible] corpus quia [illegible] corpus
Christi [illegible]
[illegible] ergo
sit conversio [illegible] signum et
signatum includitur corpus quia
[illegible]. Quarto est sufficiens ex parte
[illegible] quia corpus Christi non [illegible]
sed est [illegible] corpus Christi [illegible]
[illegible] non possit facere [illegible]
[illegible] est [illegible]

Secundo pono quod licet mala intentio est
sufficiens ex parte efficientis principalis non
tamen iste effectus scilicet corpus Christi est tante
nobilitatis quod non fit in sacramento nisi a deo
immediate nec minister habet aliquam
actionem spiritualem in isto sacramento sicut in
aliis. Tertio convenienter factum est quod ista
forma verborum non profertur in persona
alicuius sed dei absolute sicut verbum
hominis prolata ita dicit per hominem.
Quartum est quod de ista hic sufficiens
est intentio consecrantis sicut intendat
in speciali vel generali hoc facere
quod facit ecclesia et quod fecit Christus et
statuit faciendum. Licet autem intentio
sit semper necessaria de substantia
non tamen attentio. Unde si mens
rapiatur ad alia ex infirmitate
vel negligentia vel malitia non
ideo minus est consecratum quam si fu-
isset attentus. Peccat tamen ille qui
se non recolligit quanto attentius
posset ad consecrationem nec dicitur attentus
esse ad hoc licet consideret quid faciat
et maxime quando plures hostias
consecrat pro communicantibus. Nam
debet habere respectum specialem ad illas
hostias omnes que sunt coram eo.
Alias enim si haberet generalem ad
omnes hostias que sunt in altari
staret quod etiam que sunt in
pixide residue consecrarentur secundum
quosdam. Licet tamen hoc non appareat
quia ex quo non intendit super
alias quantumcumque consecrare generaliter
intendat super eas non consecrabit
nisi illas. Similiter dico quod si aliqua
hostia non consecrata iaceret sub palla
abscondita in tempore consecrationis forte per
oblivionem etiam dimissa ex quo
sacerdos dicta non intendit non est
consecrata

Sexto dico si habet intentionem ad omnes
que sunt ante eum licet eum illa ab-
scondita consecraret. Unde dicit Iohannes
Calderinus in supplementis suis de offi-
cio. Si sacerdos etc. Si sacerdos cre-
dens ponere decem hostias ponit
undecim ex intentione sua est tamen
consecrare quicquid habet ante se omnes
sunt consecrate. Et ideo dicendum est quod
sufficit sacerdoti habere intentionem deter-
minatam faciendi quod facit ecclesia
super totam materiam sibi ordinatam
sine specificatione numeri sicut magister
Franciscus de Briga in quodlibet
questionem disputata. Idem dico de
vino perfuso super altare per negligentiam
tempore infusionis in calice quia
illud non consecratur cum sacerdos non
intendit super illud. Et secundum
maxime requiritur intentio super illa
que sunt coram sacerdote posita
in tali loco tamen et non alibi. Septimo
solvitur dubium de hereticis vel scismaticis
utrum conficiant hoc sacramentum patet cum ex parte
conficientis per hanc intentionem certe in
credendo facere quod Christus fecit et instituit
faciendum et quod ecclesia facit. Licet etiam
non intendat in speciali ex quo ipse est
in heresi vel scismate ipse certus est
et credit magis facere proprium ...
quod est nec obstat etc. Sexta questione
i ubi dicitur non est corpus Christi quod scis-
maticus conficit. Illud enim intelligitur
quod non est corpus Christi quantum ad conficientem
in scismate vel heresi quia sibi non
proficit sed officit. Licet exclamus tamen
quantum ad veritatem sacramenti est verum
corporis Christi. Similiter in Gaudemus
ibidem dicitur ex scismaticis ...
per quod conficere non potest intelligitur

quantum ad ipsum

efficaciam sacramenti quia non operatur effectum
salutis in illos sic conficiente propter scisma
vel heresim sed tamen est verum corpus christi
Unde patet illos indiscrete facere qui sacra
menta per hereticos aut grecos confecta
in forma ecclesie blasfemant et despi
ciunt cum ibi sit verum corpus christi Et
salubris tamen tales faciunt ut illuc non
intrarent nec aspicerent in ipsorum [illegible]
et ut venientes illuc derideant
Concludendo igitur dico quod ad hoc sacramentum
conficiendum sufficit triplex condicio
ex parte conficientis Primo quod sit sacerdos
rite ordinatus Secundo quod possit proferre
verba consecracionis Tercio quod possit habere
intencionem debitam faciendi quod facit
ecclesia propter defectum prime condicionis
Nullus laicus quantumcumque sanctus aut
eciam sacerdos gentilis ut tartharus (?)
non conficiunt quia non sunt rite in
forma ecclesie ordinati propter defectum
secunde condicionis similiter non potest conficere
propter defectum tercie carens usu racionis
et ebriosus videlicet [illegible] non potest
conficere cum non habeat intencionem
debitam Et de prima condicione est hec
racio quia solus sacerdos potest et quilibet
potest cum prius competere iste condicio
licet sit periurus (?) et intrusus nec obstat
si instetur de degradato quod non sit sacerdos
quod tamen non esse verum quia caracterem sacerdotalem
talem sibi semel in ordinibus
susceptis collatum nulla potest delere
quibus enim talis degradatus perdat privi
legium clericale et eciam ecclesie [illegible]
tamen si celebraret conficeret quia auctoritas
[illegible] non est
sibi ablata quantum ad veritatem sacramenti
sed solum quantum ad execucionem licitam
qua tamen quo ad se et ad alias
et ad totam ecclesiam Ex quo (?) quod scis
matici excommunicati heretici et degradati
non conficiunt intelligendum est quod non
conficiunt rite et ordinate nec
legitime

quantum ad efficaciam sacramenti ut sic sit eis
utilis illa consecracio ad salutem Sed tamen
conficiunt ad veritatem sacramenti Et hec tamquam
[illegible] tenendum est de istis obmissis opinionibus
multorum Et si quis contra hec obiciat
argumentum sumptum in scripto libro quarti distinctione xiij ubi
dicitur hereticos non posse conficere Salva pace
magistri dico quod hoc non tenet tamen propter sui
reverenciam ut eius dictum pocius va
leat quomodo potest intelligendum est quod non
possunt heretici conficere rite et sic peccato
seu ordinate sed de facto bene possunt nec
moveat aliquem quod magister ibi ponit
per quem dicat ideo non posse predictos
conficere quia non dicunt in ista consecracione de te
offero sed offerimus hec sacrificia Nemo (?)
autem nisi sint membra ecclesie potest dicere
cum aliis offerimus quia ex persona ecclesie
Unde cum heretici et scismatici non
sint membra ecclesie non possunt dicere offerimus
ergo nec conficere Ad hoc dico oblacio
non pertinet ad racionem consecracionis Unde
non necessario requiritur quod offeratur sicut
solvit doctor sub eadem distinctione xiij questione ij et
[illegible] articulo primo tercio et quarto

De credendis circa hoc sacramentum

Ante omnia credendum quod in hoc sacramento
idem christus qui de virgine natus et pro
nobis passus est continetur Et sicut
ibi vere est christus eciam ibi est sub specie quantitate
sed non quantitative hoc est dicere quod non utitur
illa quantitate occupando locum sed eciam
non utitur claritate sua illuminando aerem
Secundo credendum est quod corpus christi potest esse
simul in pluribus locis quantumcumque pluribus
panibus transsubstanciantur in ipsum
Unde in celo est localiter et in verbo divino
personaliter et in altari sacramentaliter Similiter
non est impossibile esse eius est in celo in uno lo
loco sicut esse personale non est in loco
sicut esse sacramentale potest esse in diversis
locis et in quam multa in ipsum transsub
stanciantur possunt Unde videtur Petrus
de Tarantasia secundum quod est unum individuum
in se sic non potest nisi in uno loco sicut
nec angelus nec aliud corpus sed secundum

quod in specie multa individua distincta
potest sic potest esse in diversis locis distinctis quam
in celo non super gradus simul
Tercio credendum est quod secundum Thomam
cum corpus Christi apparet in specie carnis
vel pueri ibi apparet verum corpus Christi sed
cum ille species sint ipsius corporis Christi non est
omnino quam determinatum a doctoribus tum scilicet
quod ille dimensiones panis ma-
nent et quas alia accidentia sensi-
bilia superadduntur divina virtute que
speciem carnis ostendunt Sicut accidencia
que prius erant ostendebant speciem panis
Unde tunc apparet sub forma carnis
vel pueri non tamen sumi sed pro reliquiis re-
servantur Quarto credendum est quod facta
~~consecratione utriusque non remanet in~~
hostia ibi accidentia manent sine
subiecto post consecrationem utriusque Quod
remanet tamen ibi modus agendi et pa-
tiendi in corpore Christi quod prius habuerunt
Quinto credendum est quod facta consecratione
utriusque non remanet in hostia substantia
consecrata substantia panis nec in vino
substantia vini sed statim fit corpus Christi in
hostia et sanguinem Christi in calice
Et racio secundum beatum Thomam est oppositum
huius dicere repugnat verbis Christi
Non enim dicit hoc sit hic est corpus
meum Item si remanet ibi substantia
panis tolleretur veneracio debita quia
ut continetur in hostia Sed quia ut
continetur in hostia debetur cultus la-
trie Sed si ibi manet substantia panis
non debetur tunc cultum exhiberi propter
ydolatriam adorando creaturam
Et licet multi doctores hunc tenuerint
dicunt sine tamen est pro catholica con-
clusione sub Alexandro papa et cum
ariano b Sexto credendum est quod fra-
ctio que fit in hostia non fit in corpore
Christi sed tantum in speciebus hostie Non
ibi accidencia manencia sine subiecto
dicuntur frangi Et locus secundum Petrum de
xij 2o sentenciarum d. i quod alias fractio b
quedam divisio

dimensio vero est passio quantitatis est
quantitas Dimensio vero aliquid est quantum
per modum quantitatis ut est species aliquid quantum
sed non per modum quantitatis sicut corpus Christi
Tercio dicendum est quod fractio sine divisio
fit in speciebus et non in corpore Septimo
credendum quod corpus Christi in sacramento
ipse non videtur nec sanguis corporalibus
oculis quia forma sua non est ibi illud
visum aliud creditur Item alia
racio naturalis quia nullum corpus potest
videri nisi habeat accidencia corporalia
vel nisi sit coloratum formaliter in pro-
pria parte Sed color albus non est
in hostia formaliter ergo non
potest videri ipse nec tamen errat laici
dicentes se videre corpus Christi
Sed nec illi errauerunt qui dicebant
se videre angelos in assumpto corpore
quos tamen non videbant in quantum
erant spiritus et est simile de homine
armato quem dicas te videre cum
tamen nec facies nec aliquid membrorum
nudum eius videas Immo ut
dicit Ewardus d. x q. xix Nulla
creaturam visuali cognicione nec
angelus potest cognoscere ibi esse corpus
Christi licet bene visione gloriosa et
intellectuali potest cognoscere scilicet
tamen glorificatum illud videre non potest
corporaliter secundum Thomam Non glori-
ficati videre corpus Christi in
sacramento visione intellectuali
non corporali Octavo quod in
hostia sunt sapor et calor variate
in calice continue credenda pro
cum hostia virtute verborum corpus
Christi racio est quia illud verum contine-
tur in hostia de quo verba faciunt men-
tionem sed hoc solum est de corpore Christi
quia ibi dicitur hoc est enim corpus meum
nichil autem dicitur nec de deitate
nec de sanguine Nono ibidem ...

non principaliter sed ex concomitantia quadam
naturali quia corpus vivum et anima unum
non est sine sanguine. Unde dicitur anima est in
sanguine. Tertio ibi est anima Christi ex
concomitantia immediata quia impossibile
est animam informare et perficere nisi corpus
sit dispositum, sed sine sanguine non
est ibi corpus bene dispositum nec
organisatum. Ideo ex consequenti
ibi est anima cum sit ibi corpus dis-
positum per sanguinem et hoc est due
mediatione sanguinis. Quarto ibi
est deitas ex quadam concomitantia
remota quia corpus et deitas sunt
disparata, cum ex quo corpus nature
formata virginis fuit verus homo
et deus, etiam hic est verus deus
et homo. Similiter dicitur de calice quod
ibi primo est sanguis, quia de illo
verba faciunt mentionem. Secundo ex
concomitantia immediata est ibi corpus
Christi. Tertio ex concomitantia mediata
est ibi anima Christi. Quarto deitas.
Nono quod in hoc sacramento aliquid est res
sacramentum sacramentum et non res sacramenti
sunt species visibiles, sunt species sensibiles
panis et vini et species sunt create.
Unde adorator videns hostiam
non debet ferre intentionem suam
principaliter ad illud quod videt, sed ad
illud quod credit, scilicet ad Christum. Secundo
invenitur ibi sacramentum et res sacramenti
et hoc est verum corpus Christi et san-
guinis eius. Ista autem dicuntur
sacramentum et res sacramenti respectu
ad misterium vel sacerdotem [illegible]-
ta forma verborum. Non dicitur sacramentum
quia facit rei signum quod significat spiritua-
lem refectionem anime. Secundo res quia
hoc ipsum facit per gratiam quam tribuit.
Tertio ibi est aliquid quod est res sacramenti
et non sacramentum, scilicet est gratia data
digne suscipienti et hec gratia

est res significata nec aliud significat.
Certo est ibi quod non est sacramentum nec res
sacramenti et sunt illa omnia que sunt
concomitantia hoc sacramentum sicut sunt
accidentia propria sine toto et illa potius
dicuntur forme accidentales vel species.
Decimo credendum est quod licet sacerdos
debeat sub utraque specie sumere hoc sacramentum
ad celebrantem tamen pro populo sufficit sola species
panis tantum et racio quia sicut
dicit [illegible] in compendio in
hoc sacramento non solum attenditur effi-
cacia sed etiam significancia. Significatur
enim per istas duas species scilicet corporis
et sanguinis seorsum sumptas per sacerdo-
tem ipse celebrationis quod sanguis Christi
in cruce fuit divisus a corpore
suo ut dicit Glosa super Matthaeum. Sed
cum sacerdos tantum et non plures populus
huiusmodi sanctificationem ex ordine suo
exprimere tenetur ipse et non populus sub
utraque specie debet sumere eo quod tenet ipse
gerit vices Christi, populus autem non.
Et ideo populo non est opus de significancia
sed de efficacia. Et quia efficacia est
equalis sub utraque specie ideo populo dicitur
sub altera specie in qua toti pertinet ad venien-
tia et cautela apposita autem tamen
sumitur sub utraque specie. Et primo sciendum
secundum Thomam in tertia parte q. lxxvi
articulo vi et viii. Et ita utrumque
sacramenti duo possunt considerari. Primo
ex parte ipsius sacramenti. Aliud ex parte
sumentium. Ex parte ipsius sacramenti con-
venit ut utrumque sumatur scilicet corpus et sanguis
quia in utroque consistit perfectio sacramenti
et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc
sacramentum consecrare et perficere nullo
modo corpus Christi sine sanguine. Ex parte autem
sumencium summa reverentia et cautela
ne aliquid accidat [illegible] iniuriam
tanti misterii quod precipue posset accidere
in sanguine sumpto. Quicquid si in-
caute sumeretur.

de facili possit effundi. Et quia existente multitudine populi Christiani in qua continentur senes et iuvenes quorum quidem multi non sunt tante discretionis ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhibeant. Ideo sancte ordinatum est ut populo sub altera specie tantum detur. Hec idem tenet Thomas super illud Iohannis Nisi manducaveritis dicens. Non est de necessitate salutis perceptio sanguinis sicut corporis Christi cum corpus totum sub altera specie sumitur. Hec idem sequitur littera ibidem dicens. Non est intelligendum quod sub utraque specie hoc sacramentum sit fidelibus sit exhibendum sed tantum hoc modo a sacerdotibus esse sumendum.

Sequitur de cautelis huius sacramenti ut sequitur

Et quia duplex status utitur hoc sacramento secularis et spiritualis. Ideo cuilibet hic ponit cautelas. Ponam igitur omnes simul tam spirituales quam seculares cum singulis eorum competentes utrique. Et primo quidem cavendum est generaliter omnibus ne in peccato mortali sumant hoc sacramentum. Nam sic peccaret graviter secundum illud I Cor. xi. Qui autem manducat indigne iudicium sibi manducat. Sunt autem quidam qui sufficienter se preparant secundum veritatem qui se apponunt deo liberaliter corde suo per veram examinationem conscientie et contritionem sive confessionem pure et hii consequuntur gratiam et manducant digne. Alii sunt qui se preparant sufficienter non secundum veritatem sed secundum probabilitatem ita quod estimant se carere peccato qui cum hic faciunt examinationem sue conscientie inveniunt se reos hii sunt parati quod si scirent peccatum de se vellent confiteri. Cum hoc apponunt adhuc omnimodam diligentiam. Et hii quamvis gratiam non recipiant non tamen incurrunt offensam quia nec sumunt digne nec indigne quamvis sint indigni. Tertii sunt qui licet [illegible] se preparant primo contemptorie et hii peccant mortaliter indigne sumentes.

Unde indigne accedunt triplices homines. Primi qui cum conscientia mortalis peccati et sine proposito penitendi accedunt. Secundi qui aliter quam ecclesia statuit accedunt vel contra etiam ut heretici vel scismatici. Tertii sunt qui sine reverentia accedunt sicut faciunt multi tendentes se ad altare et nimis cum in altari prostrati vel ut quidam sacerdotes preparantes se ad celebrandum distracte accedunt et festinant ita quod quicquid obliviscuntur aliud faciunt. Et licet quis non possit habere certitudinem sit in minimis apto peccato hoc providere per quatuor signa. Primum est cum quis verba dei devote audit. Qui ex deo est verba dei audit Iohannis viii. Secundum est cum quis ad bonum operandum promptissime invenit quia probatio dilectionis est exhibitio operis ut Gregorius. Tertium est cum quis paratus est abscindere a peccato in futurum. Quartum est cum quis de preteritis dolet. Cum signis per huiusmodi signa facta diligenti discussione sue conscientie quamvis forte non sufficiat ad communicandum accedat mortali aliquo peccato mortali in eo remanente quod eius cognitionem subterfugiat non peccat immo magis ex vi sacramenti peccati remissionem consequitur quia ipsum sacramentum venialia delet et mortalia oblita.

Secunda cautela est

communis omnibus requiritur si pollutio in corpore accidat eodem die non solum enim requiritur munditia mentis quod sit sine peccato sed etiam corporalis. Pro quo sciendum quod pollutio potest contingere ex sola dispositione nature et non precedente cogitatione et tunc non est signum alicuius peccati sed potest licite sed potest ex [illegible] mittere si simul

Cum ymaginacionem contingat
in mundicia vel corporalem talis
et si non necessitas imminiat vel de-
vocio opposita non impedit precipue
cum sine ymaginacione accidit (tamen
si quis propter reverenciam tunc abstineat
laudandus est maxime cum talis
dispositio nature non est peccatum. Secundo
modo potest contingere ex precedenti co-
gitacione et tunc si non fuit cogi-
tacio ad cogitacionem et necessitas ur-
get potest accedere et eciam celebrare. Si
autem non urget necessitas accedendo
non peccat mortaliter sed venialiter
maxime cum cogitacio fuit cum delec-
tacione licet sine consensu. Dicit
autem beatus Thomas quod potest contingere
ex ipsa evigilacione pollucio oritur
que si placeat propter delectacionem
consumpcionis est peccatum veniale. Si
autem deliberante consensu et pre-
cipue ad complacenciam futuram et male
stigaat aut placitum non facit dictam po-
Emit. Vel secundum Innocentium tres sunt triginta denarios pro quibus vendita est e-secus. Dicitur autem venditionem et vendit-tem [illegible] de patre et filium [illegible]tensem. Sequitur tercia que Christus fecit circa hoc sacramentum. Nam primo accepit et benedixit dedit quoque ecce tercia. Item dixit comedite hoc est corpus meum et item bibite quia hic omnes. Sequitur ut nobis corpus et sanguis fiat dilectissimi filii tui domini nostri Jhesu Christi. Ubi petit transsubstanciacionem in corpus Christi pro hoc verum tamen dicit fiat. Alludit illi verbo creatoris Genesis primo ubi dixit fiat lux et sequitur et factum est ita. Et non dicit sacerdos factum corporis Christi quia non est nisi minister cuius commissionis [illegible] non in ipsa persona sua in cuius dicit fiat. Dicit autem dilectissimi filii tui quia nullus potest esse dilectus deo quantumcumque sanctus sicut Christus tamen tanquam dilectores propter ipsum [illegible] peccata [illegible]. Sequitur autem due cruces una super pane et alia super calicem ad significandum quod hoc sacramentum valet ad salutem corporis et anime

Sequitur Qui pridie. Hec verba addidit Allexander papa quintus a domini c x x i et hic perficitur consecracio. Circa quod primo recitatur quod ipse Christus in cena fecit unde dicit Qui pridie i. una die antequam Christus in cena fecit quam passus est vel una die precedenti scilicet die cene precedenti ante passionem. Accepit panem et in hoc loco tercius digitus pro corporale accipit sacerdos hostiam tenentem et benedicit submisse non ostendendo populo vel ministro ne videat aliquid ante consecracionem. Unde dicit Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas et elevatis oculis ad te deum patrem suum omnipotentem. Hic elevet sacerdos oculos suos super celum. In quo Christus significavit quia oculos mentis debemus elevare in celum unde veniat auxilium nobis. Ut dicitur in psalmo. Omne bonum de sursum descendit Jacobi 1°. Sequitur gratias agens non ipse sed pro nobis et pro nostra redempcione. Benedixit et ibi fit crux super hostiam quod significat quod Christus passus est eciam in natura humana scilicet in corpore et anima. Anima dixit Tristis est anima mea usque ad mortem. Et ideo ipse benedicit hostiam et postea calicem. Et non intelligas quod ipse benedixisset signum crucis fecisset super panem cum virtus crucis nulla fuit ante eius passionem. Sed benedixit i. verba consecracionis scilicet illa hoc est corpus meum super panem protulit quorum virtute facta est statim benedicta transsubstanciacio panis in corpus Christi. Unde panem benedixit i. virtutem benedictionis verbis propriis prolatis dedit ut transsubstanciaretur panis in corpus Christi. Deinde Sequitur ac fregit dedit que discipulis suis dicens accipite et comedite. Ubi sciendum quod licet hic dicatur quod Christus fregit et tunc consecravit tamen non ita intelligendum est quod Christus prius fregisset et tunc consecrasset sed quod Christus prius benedixit

et conversione fregit. Unde sic co-
stat legitur accepit panem et bene-
dixit sc. dicens hoc est corpus me-
um et tunc fregit dedit que discipu-
lis suis dicens Accipite et come-
dite hoc est corpus meum prius ergo
protulit illa verba ut eis virtutem conficien-
di daret tribueret deinde protulit
eadem verba ut formam apostolos conficien-
di doceret. Ista dicit Wilhelmus. Communiter
tamen dicitur quod semel Christus protulit
ista verba tunc in quando dare voluit
apostolis. Unde dando eis tunc
benedixit per illa verba hoc est corpus
meum. Ista dicit Magister super Matheum
et ita per illa verba semel prolata simul
confecit et formam conficiendi do-
cuit ut dicit Hugo de Paternon.
de sensibus est benedixit fregit et
dedit discipulis suis dicens. i. dum
benedixit fregit dedit que discipulis
suis tunc dixit hoc est corpus
meum et iste est verus intellectus

Hoc est enim corpus
meum. Ista est forma
consecrationis vene-
rabilis sacramenti
eucaristie quam di-
cens presbiter habeat
intentionem consecrandi corpus
Christi. Non admittat autem illam co-
maz enim quia licet non sit de substancia
sacramenti est tamen de essencia per
apostoli. Unde graviter peccaret admittens.
Aliqui vero dicentes ista verba tenent
hostiam in manibus ita quod videatur pre-
a circumstantibus quod est contra peritum
quia tunc presbiter adoraret per simplices ante

quam consecratur quod esset periculum ydola-
trie et ideo teneat eam valde depresse
in altari ne videatur. Ista autem eleva-
tio hostie sanctissime corporis Christi
ut ostendatur omnibus oblata esse
ad salutem. Juxta illud Ego si ex-
altatus fuero etc. Secundo ut tunc
plus cognoscatur esse veritatem sacra-
menti que non prius facta est nisi mo-
do ut iam sciat videatur adorare deum
presentem. Exposicio autem istius forme
verborum reperitur in tractatu de sa-
cramento circa sacramentum eucaristie
Ubi sufficienter expedita est
Sequitur simili modo ubi ponitur
forma consecrationis sanguinis Christi
Ubi sciendum quod sacerdos volens
proferre verba ista debet ipsum accipere am-
babus manibus. Cum autem dicit Be-
nedixit debet facere crucem super calicem
tenendo calicem in manu sinistra
ne tactu vel impetu. Crux super ca-
licem fit propter passionem Christi in anima
Et facta cruce debet tenere calicem sicut
prius. Et hoc facto proferat verba conse-
crationis habendo intentionem consecran-
di sanguinem Christi et si presbiter habeat actu-
alem tanto melius. Debet autem profer-
re verba ista sine appreciatione magna
non sicut quidam faciunt sacerdotes facti
vel sacerdotes anhelitum pessimum
in hostiam vel in calicem ita quod
astantes scandalizantur. Unde dicit
Simili modo postquam cenatum accipiens
et hunc preclarum calicem. Et ponitur
hic continens pro contento vinum cum
aqua mixtum in calice ad transsub-
stanciandum in sanguinem. Unde
dicitur hunc calicem quidem est

vinie qui fuit tunc in ipse similiter qu
tum ad materiam calicis quantum vero ad
contentum ipsius sanguinem id est in
vino vine qui fuit tunc Et ideo dicit
hunc Addit autem preclarum quia ipsum sa
crificium inter omnia est preclarissimum
ut Calix meus quam preclarus est etc
Sequitur in sanctas ac venerabiles manus
suas / quo tempore accipit sacerdos ca
licem in manus Sequitur Item tibi
gratias agens quod refertur ad illud
quod est dictum Simili modo fecit scilicet
prius agendo gratias deo patri Sequitur
benedixit dedit que discipulis suis
dicens Accipite et bibite ex hoc omnes

Hic est enim calix mei
novi et eterni testa
menti misterium
fidei qui pro vobis
et pro multis effun
detur in remissio
nem peccatorum Et
hoc totum est de forma consecra
cionis Et ex parte sit hic est ca
lix sanguinis mei i. hic est sanguis
in calice meo contento novi id est
veteri et eterni i. perpetui testamenti
misterium fidei i. huius secretam
et absconditam intelligenciam
tenendo per fidem / quia aliud vi
detur aliud sub visis sumitur cre
ditur Eterni pro vobis et pro multis
effundetur in remissionem peccatorum
Dicit nominatim pro multis et non dicit pro
omnibus quia licet pro omnibus effusus est
quantum ad sufficienciam ita quod suffi
ciens est salvare omnes non tamen quantum

ad efficaciam quia non omnes sunt
salvati per ipsum Dicit autem pro vobis
scilicet de Iudeis quia apostoli Iudei erant
et pro multis scilicet gentibus in remis
sione peccatorum i. pro remissione peccatorum
His dictis elevat sacerdos cali
cem ut populus adoret sciens tamen
videat ibi esse sanguinem Christi Ali
qui autem elevat totum calicem
aliqui discoopertum Et non est vis na
coopertus designat occultum et dif
ficile misterium huius sacramenti Dis
coopertus autem significat separacionem sanguinis
Christi a suo corpore tempore passionis Et
ob hanc eciam causam separatim con
secratur corpus Christi et sanguinis
Ut sicut confirmat Bon[aventura] Quarta sup
chap. v. d. vi co. Hoc quociens cumque
feceritis in mei memoriam facietis hec
clausula tam ad consecracionem corporis
quam eciam sanguinis respicit com
plementum et propter utrumque est dicenda
Quamquam eciam quod tempore elevacionis
debet fieri a populo devota inclinacio ut
dicitur in co. Sane de celebracione mis
sarum Et potest dici ista verba a populo
Ut dicit ibidem glosa Salve lux mundi
Verbum patris hostia vera viva cara
deitatis integra verus homo Potest
eciam dici ista Cum transsubstancient hec
ista in corpus et sanguinem tuum
domine ad honorem et laudem nominis
tui ad remissionem peccatorum et ad sa
lutem anime nostre Postea est tradi primo
Unde et memores nos domine
servi tui sed et plebs tua sancta tam con
secrate rei comestionem quia
enim Christus dixit hec facite in
meam commemoracionem ideo et presbiter dicit

Unde et memores domine nos servi
tui hoc dicunt ministri causa humili
tatis vocantes se servos hic quia hec
plebs tua sancta .i. per baptismum sancti
ficata eiusdem christi filii tui do
mini nostri tam beate passionis Et hic
sacerdos extendit manus in mo
dum crucis ut sic per illam exten
sionem manuum suarum extensi
onem christi in cruce representat Contra
quod tamen faciunt illi qui vix ma
nus movent verecundantes in hoc lo
co Quia o miser sic et ego ut qui ve
reris tanti domini et dei tui figu
ram representare et dispositionem quam te
redemit et non vereris tantas illici
tas choreas et forsitan ampliores
in licito extendere manus pedes b
rachia atque totum corpus et represen
tare figuram dyaboli Sequitur
Necnon ab inferis resurrectionis ubi
sacerdos contrahit ad se brachia
Sed nec ab inferis resurrectionem Sequitur
Et mirabilis glorie ascensionis ubi
sacerdos erigit aliquantulum manus usque ad
humeros insignum quod christus elevan
tibus manibus sursum ferebatur in celum Et ab
hoc loco sacerdos iungit digitos scilicet pollices
et indices usque post manus ne disiungan
tur nisi quando opus est tangere sacramentum
ne digiti aliquid tangant post
tactum corporis christi Sequitur
Offerimus preclare maiestatis tue ubi
ponitur commemoratio oblationis Et dicit
autem preclare maiestatis .i. pre aliis om
nibus clare quia licet corpora sanctorum
erunt preclara tamen deus deus est precla
rior in maiestate quia est splendidus

sine macula Sequitur de tuis
donis quod dicit tam spiritualium ac
datis tam temporalium in presenti Et quod
offerimus subdit hostiam puram quia
christus conceptus est sine originali
peccato de virgine sancta sine morta
li immaculatam sine veniali pa
nem sanctum vite eterne .i. panem viato
ribus presentis vite pro vita eterna conse
quenda spiritualem Et calicem salutis
perpetue quia ipse est reficiens et in
ebrians in patria secundum Hugonem de Prato
Fuit autem hic quinque crucis ad signum
quod christus in quinque sensibus patiebatur
vel etiam plagas vel vulnera duas
manuum duas pedum et unam lateris
secundum Guillelmum Dauranten Fiunt autem
tres communes super utrumque scilicet super
corpus et sanguinem duas autem
post quamlibet singulariter Secundum autem Hu
gonem de Prato fiunt quinque effusiones
sanguinis christi scilicet in circumcisione in
sudore in flagellatione in crucifixi
one et lateris apertione

Supra que propitio vultu
ponitur tertia pars canonis
in qua ponitur effectus
sacramenti qui est tres bon
Et sunt tres particule in quarum prima
petitur donorum acceptio Secunda divine
misericordie imploratio ubi Supplices
Tertia gratia collatio gratie ubi Memento etiam
domine Dicit ergo Supplices te roga
mus ubi sacerdos cancellat manus
in modum crucis inclinando caput ita
quod aliquantulum ad ministrum pertrahit

possent Et est sensus Supplices te
rogamus ut supra ista dona propicio ac
sereno vultu respicere digneris propicio id est
accipiendo ac tamquam tibi grata te
placita ac sereno id est misericordi Contra
illud Illuminet vultum suum super nos
et misereatur nostri Respicere digneris
et accepta habere digneris Unde sequitur
Et accepta habere sicut accepta habere
dignatus es munera pueri tui iusti A
bel Respexit dominus ad abel et ad mu
nera eius et ita fuerunt deo accep
ta et sacrificium patriarche De isto
Abel legitur historia Genesis iiii ubi dicitur
nostri Habrahe qui filium suum voluit
ymmolare Genesis xxii quod reputatum
est ei ad iusticiam Sequitur Et quod
tibi obtulit summus sacerdos tuus
Melchisedech De isto dicit Beda de
Patrum quod fuit primogenitus noe qui
vixit temporibus Abrahe et iste obtulit
panem et vinum in sacrificium gracias
agens deo pro victoria Abrahe con
cessa super quinque Regibus per que omnia
designantur tres sacramenti grata
deo acceptabilitas Nam sicut Abel
obtulit grata primogenita sic christus
oblatus est primogenitus in multis
fratribus Et sicut Abraham uni
cum filium obtulit sic christus unicus
dei patris oblatus est Et sic Mel
chisedech obtulit panem et vinum
sic christus in pane et vino sacrame
tum tradidit De quo dicitur Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem
Melchisedech Vocat autem abel pu
erum non a puericia quia fuit vir
triginta annorum sed a puritate in
nocencie Abraham autem dicitur
patriarcha id est princeps fidei catholice quia

primus deum credidit plus mercenarie
prognovit lucem vo. vidit et gavisus est
Sanctum sacrificium immaculatam hosti
am hec addidit leo papa Supplices id est
humiles te rogamus omnipotens deus ubi
sacerdos humiliter inclinatus cancellatis
manibus positis super altare que can
cellacio sicut et prima fit propter crucem
et passionem petit offerri Omnis autem
supponitur per quam sicut passio christi
supra qua testificando cristi designatur
Sequitur Iube hec perferri per manus an
geli sancti tui Quod exponit Alexander
in quarto Summe de x ita non quod an
gelus ista conferat cum platonem non
habeat sed ordinem sacerdotis et ipsi deo
presentat Contra illud Apok. viii Ascen
dit fumus aromatum in conspectu domini
et vita id est supplicaciones fidelium de
manu angeli que sunt orationes sa
cerdotum Exponitur ergo Iube hec perferri
per manus id est per ministerium angelorum in sub
lime altare id est in ecclesiam triumphantem
vel in plenam participationem deitatis quod
est sublime altare Unde sequitur In
conspectu divine maiestatis tue vel
iube perferri hec id est eciam militantem
in sublime altare id est in triumphantem
et hec fit per manus angeli id est filii tui
Sequitur Et presta Ut quotquot quot
fideles ex hac altaris participacione
Et osculatur sacerdos primo contingit
manus secundo osculatur altare in
dextra parte per quod representat osculum
Iude quod dedit christo cum surgeret
ab oratione et fit hoc in desperatione
temporis inde Sequitur sacrosanctum fi
lii tui corpus et hic facit crucem
super hostiam Sequitur et sanguinem

et hic facit aliam super sanguinem Secundo super
scilicet cum benedictione celesti et gratia
repleamur. Hic signat se super faciem Corpus
super hostiam designat vincula quibus
quibus alligatus fuit corpus Christi Calicem
super calicem scilicet flagella quibus cedebatur
et sanguis de corpore Corpus super faciem
enim scilicet sputa in faciem Christi vel ultima crux
scilicet tres cruces quibus ter clamavit vel cruces
quia cum vice in cruce dixit Primum Pater
dimitte illis Secundum in manus tuas Tertium
ut quid dereliquisti me.

Memento etiam domine famu
lorum famularumque tuarum
ubi petit collationem
collationem glorie pro mor
tuis post ea vivis Unde

dicit memento domine famulorum famularumque tuarum. Ubi sciendum quod qui
iam mortui sunt quidam in celo quidam in inferno
quidam in purgatorio tamen quia nobis non
constat de singulis in speciali eo
quod estimamus eos in purgatorio omnibus
tamen pro omnibus Unde dicimus memento
domine famulorum famularumque tuarum
qui nos precesserunt cum signo
fidei id est cum caractere baptismali vel
qui ostenderunt aliquod signum
fidei puta habuerunt contritionem
vel devotionem decedentes nam de talibus
adhuc est spes Et dormiunt in somno pacis id est sine peccato mortali secundum
[illegible] de [illegible] Et sic hic facit
memoriam sicut super primo pro parenti
bus mortuis secundo pro benefactori
bus et omnibus fidelibus non dicit
proprie nomina eorum quos [illegible] et hoc dic
to de illis de quibus certum est quod non
[illegible] decesserunt quia pro illis
nominatim non est orandum immo
nec generaliter nisi sub conditione [illegible]

sunt susceptibiles suffragii Sequitur
secunda memoria Ipsis et omnibus
in Christo quiescentibus locum refrigerii
lucis et pacis ut indulgeas deprecamur.
Et non dicit ipsis domine quia premitti
[illegible] commemoratio dicit Unde illud quod
sequitur scilicet indulgeas refertur ad domine
[illegible] illorum simpliciter Et illud
regnum celorum locum refrigerii re
spectu purgatorii quod est locus ardoris
maximi et caloris Unde secundum Augustinum
ibi est pena maior quam aliqua potest
excogitari in mundo Dicit enim locum
lucis quia purgatorium est locus absque
Dicit etiam locum pacis quia purgatori
um est locus inquietudinis quia
numquam habent pacem vel quietem Non
sicut quidam fingunt dicentes eos fe
ria secunda quiescere aliqui autem
die dominica que omnia sunt frivola
et inania ac sacris scripturis contraria

Nobis quoque peccatoribus
ubi petit collationem glorie
vivis prius autem petivit
collationem glorie eorum in me

moria [illegible] Et primo petit gloriam
Secundo glorie societatem Cum sanctis Apostolis
et martiribus ponit mediatorem per quem
hec [illegible] postulat dicens per Christum
[illegible] [illegible] sacerdos dicens
ista verba elevata voce mediocri tun
dit pectus suum per quod [illegible] rumpit
silentium sensus per quod contritum
et passionem latronis penitentis in
cruce qui [illegible] aliud dixit Nos
quidem [illegible] digna factis recipimus
Unde sacerdos dicit Nobis quoque
famulis tuis de [illegible] tuare
[illegible] sicut ille latro

speravit. Percussio autem pectoris fuit illa
tunsione pectoris illorum qui advenerant
ad spectaculum passionis Christi. Percucien-
tes pectora sua revertebantur in Jerusalem. Ecce
altera autem vocis fuit clamore centurionis
dicentis: Vere filius dei erat iste. Sequitur:
Et partem aliquam societatis donare dig-
neris. Licet autem deus sit simplex
et non habeat partes, tamen dicit partem aliquam
propter hoc quia quilibet ipse habet intime
tum suum habebit divine faciei visi-
one, ita quod unus alio perfectius vi-
debit. Vel quia licet sancti videbunt de-
um totum, non tamen totaliter, non secundum
omnes modos quibus est visibilis
cum sit infinitus et comprehendi non
possit. Ergo quasi partem dabit nobis.
Totaliter enim non est comprehensibilis
deus nisi a filio suo qui est in sinu
suo ut dicitur. Ecce primo. Sequitur: Cum
Johanne, Stephano, Andrea, Mathia. Johanne
baptista qui preferetur Stephano, non
mirum quia et apostolis preferetur. Adiun-
gitur autem Stephano quia isti duo fue-
runt primi martires novi testamenti.
Supponas tamen dicitur quod hic repetit Johannes
evangelista propter privilegium virginitatis quia vir-
gines sequuntur agnum quocumque
ierit. Ante vel consecracionem propter pri-
vilegium apostolatus. Et tradidit beatus quod in-
telligitur de baptista qui propter ex-
cellenciam singularis sanctitatis non debet ex-
cludi a kanone. Alii ponuntur
duo apostoli scilicet Mathias, Barnabas, qui
ideo post consecracionem et non ante po-
nuntur quia post ascensionem Christi fuerunt
electi. Item ponitur Ignatius de quo
legitur quod cum esset devotus Christo
et Christi virgini post eius mortem in-
ventum est. Nam eius [illegible]

scriptum in corde suo in omnibus partibus.
Ponuntur autem quinque martires post mortem
Christi propter quinque vulnera Christi. Item propter
dona septem spiritus sancti ponuntur septem
virgines ibidem que sequuntur. Sequitur: Non
estimator meriti sed quia non secundum
exigenciam meritorum nostrorum sed magis
premianda quam quisque meruit. Conclu-
ditur per Christum dominum nostrum. Et non
dicitur Amen quia secundum doctores illud
respondent angeli. Et eciam quia sit con-
tinuacio ad sequencia. Unde statim se-
quitur in eius virtute. Hec petimus
cum dicitur: Per quem scilicet Christum hec sacra-
mentum [illegible] quo ad plura.
Et primo quo ad esse nature. Unde
dicit creas. Secundo quo ad esse sacramen-
ti unde dicit sanctificas. Tercio quo ad
esse virtutis vivificas. Quarto ad
effectum gracie que est vita anime
unde dicit benedicis. Quinto quo
ad augmentum gracie eius et usum
quintum ad operacionem ideo dicit Et pre-
stas nobis. Est ergo sensus per quem
scilicet Christum tu deus pater omnia bona
creando materiam, vivificas [illegible]
sanctificando creaturas benedicendo
multiplicando graciam et prestas quantum
ad usum. Omnia enim creata sunt
per Christum. Ecce primo. Omnia sanctificantur
quia de plenitudine eius accepimus
universi. Omnia benedicuntur quia ipse
est benedictus fructus ventris huius
primo. Et aliqui dicunt per que hec
omnia scilicet panem vinum et aquam creas
secundum causas primordiales sanctificas
secundum causas sacramentales vivificas
ut transeant in corpus Christi et
sanguinem vinum. Benedicis ut nos

per ipsa benedicam. Et hoc pronomine
hec non ponitur pro aliquibus in quo secun
da est consuetudo ecclesie. Sequitur
et prestas nobis. Ubi sacerdos tenens
uel corporale et calicem ad denotandum
quod xpus emisit spiritum velum templi
scissum est et aperta sunt nobis in ab
scondita in lege misteria. Accepta
ergo hostia dicit Et prestas nobis per
ipsum scilicet tamquam mediatorem. Et
hic unam crucem prolatam ob calicem pro
tendendo ultra calicem. Deinde dicit
et cum ipso. Et hic facit minorem
crucem scilicet a labio calicis ad aliud la
bium calicis. Post hoc dicit Et in ipso
Et hic facit adhuc minorem crucem
intra calicem. Deinde subdit Est
tibi deo patri omnipotenti. Ubi fa
cit item magnam crucem super primum
labium calicis incipiendo ab extremo
labio usque septimum. Deinde subiungit
in unitate spiritus sancti omnis honor
et gloria. Et hic facit unam crucem in pe
de calicis. Est autem sensus vere per
ipsum tamquam mediatorem cum ipso
tamquam coequali et in ipso tamquam
in consubstantiali. Vel hic sunt
tres persone sancte trinitatis. Unde
pater albertus ideo dicatur per ipsum
filio equalitas ideo dicitur cum ipso
Signa vero tria crucis prius facta per illa
verba sanctificas et que sunt excepto
calice sunt Alioquin tres crucifixio
nes scilicet horam tercie crucifixionis lin
guarum Iudeorum clamancium crucifige
et horam sextam manibus gentilium et
dicit Galleus horam nonam emisit spiritum

Et quia post meridiem circa horam
xpus crucifixus est manibus gentili
um cum milites crucifigerent eum Ideo
item sacerdos facit tres cruces super ca
licem discoopertum super tribus verbis
per ipsum cum ipso et in ipso designans
illam crucifixionem que facta est post
tres horas imposuit in terciam et
sextam Quoniam ibi vera fuit divisio
anime et corporis Ideo item facit duas
ut dictum est. Vel secundum Guillhelmum
[illegible] tres cruces per illa verba per
ipsum etc. sunt secundum centurionem
qui credidit unum deum in trinitate
Due vero alie sunt duo sacramenta que
profluxerunt de latere xpi scilicet aqua
generationis baptismi et sanguinis re
demptionis generis humani Vel sunt
quinque cruciatus xpi ante mortem tres
scilicet alapas sputa flagella in morte
crucifixionem et post mortem lateris
apertionem etc tria. Quinta vero fit
separationem anime a corpore. Quinta desce
sum ad limbum. Sequitur per omnia
secula seculorum quod debet dici alta
voce. Et antequam dicatur ponatur
reuerenter hostia ante calicem in suo
loco et tunc statim debet cooperiri calix
Nunc secrete dicitur per omnia secula et
hec alta voce ad signandum quod xpus
voce magna clamans emisit spiritum
Et respondetur ad signandum cla
morem mulierum lamentancium
dominum Unde et tunc chorus
respondet lamentabiliter. Sequitur
oratio Oremus preceptis salutaribus

Itemque preceptis salutari
bus moniti Hic ponitur
sacramenti preceptum ecclesia quia
permittitur inter patrem
sanctam generales ut pater noster quam speciales
ut alie orationes Dicit ergo Oremus
preceptis salutaribus moniti Circa quod
sciendum quod hec oratio prius non dicebatur in
missa Sed Gregorius eam fecit dici quia
non fuit dignum eam admittere in hoc
officio quam fecit noster salvator Circa
autem non presbyterum sed per se eam cla
mat in missa apud nos vero sacerdos
et cum magna reverentia Unde Gre
non presumimus subito propter quod in eam
permittit prefationem dicens Oremus
non simpliciter non nostra auctoritate vel
temeritate sed preceptis salutaribus
moniti / preceptis scilicet domini et monitis
scilicet magistri nostra que sunt salutaria vel ad
salutem disponentia formati vel inst
ructi intus et exterius / et non dicit in
formati eo quod informacio sit exterior
doctrina Ad intendendum ergo quod nos
sumus a deo instructi interius [illegible]
et exterius in operatione id audemus
dicere etc. Quoniam habemus preceptum et
monicionem de ista oratione dicenda et
quoniam ista oratio est composita per illum
qui errare non potest ideo audemus dicere
Dicitur autem alte quia christus palam
predicavit Ut secundum Johannem Beleth
quod scripta est de Gregorio [illegible] est per
dicendum simpliciter [illegible] et [illegible]
creature Dicit autem Amen sacerdos
solus in fine sub silencio cum voce

quia in aliis orationibus amen est con
clusione affirmantis Ubi hic tamen
ut sicut condita est oratio sed ne
hoc videatur presumptuose asser
ideo dicit sub silencio ad evitandam
ostentationem presumptionem Sequitur oratio Li
bera nos quesumus domine Ubi ponitur
petitionum explicatio Quia enim in
oratione tam mala petimus a nobis re
moveri ideo explicatur hic que sint
Unde dicit libera nos quesumus ab omnibus
malis preteritis presentibus et futuris et
quia non sumus digni hec per
se promereri nisi nobis dantur hic o
ratione beate virginis et apostolorum petri
et pauli atque andree et aliorum [illegible]
eos hic in auxilium imploramus
et totus ordo quoniam enim patrem
quelibet a malis / multo est implo
rare beatam virginem que est mater veri
Salomonis pacifici scilicet christi cum
Apostolis tribus sequentibus qui fuerunt te
stes passionis scilicet petrus paulus et an
dreas Et ponitur iste tres pre ceteris spe
cialem mencionem tacitam Nam
petrus propter privilegium prerogative dig
nitatis Paulus propter privilegium predi
cationis et immensi laboris An
dreas propter nimium affectum tocius
presentie crucifixionis Dicitur
autem oratio sub silencio que designat
christi quietem triduanam in sepulchro
ubi tunc siluit a predicatione Cum
autem sacerdos dicit Da pacem
in diebus nostris / Accipit patenam

calicis et osculatur faciendo signum
crucis per quod significatur quod Christus
reconciliavit deo per passionem suam.
Deinde sacerdos in fine discoop-
erit calicem et hostiam tenens accipit
et eam super calicem frangit primo
per medium et tunc dicit Per dominum
nostrum Jhesum Christum filium tuum Post
partam medietatem quae erat in dextra
manu super patenam frangit illam
quae est in sinistra manu per medium
dicens Qui tecum vivit et regnat
et coniungendo illam particulam quae
est in sinistra ad illam quae est in
patena in medio hoc dicit In uni-
tate spiritus sancti deus Illam vero
particulam ultimam quam habet in dextra
manu tenens super calicem dicit Per
omnia secula seculorum Et tandem
certo modicum calicem cum illa pa-
tena subiugat Pax domini sacerdos
dicit magna super calicem a labiis
ad labium. deinde subdit sit semper
faciens morem crucem, etiam addit
vobiscum faciendo etiam infra ca-
licem Et quia alta voce ista fiunt
Ideo sacerdos quod per hoc significatur gau-
dium quod habuerunt Apostoli de re-
surrectione Christi Et quia gavisi sunt
viso domino Unde populus clamat
dicens amen et cum spiritu tuo Sa-
cerdos autem de fractione eius predic-
tam. Sed quod sacerdos quod per calicem
passio Christi designatur et eterne bea-
titudinis fructus Unde post Calicis
meus inebrians quam preclarus est
Per patene latitudinem significatur bonorum
operum perfectio Sacerdos vero volens ho-
stiam frangere primo eam super patenam col-
locat Et deinde illam tollens super
calicem frangit Unde et nemo pas-
sionibus Christi meritorie se valet
exponere ut ad eterne fructionis bea-
titudinem admitti nisi prius in bonorum
operum perfectione sint solidati Unde
Apostolus ad Ephesios vi Accipite
armaturam dei ut possitis resistere in
die malo et in omnibus perfecti stare P-
atena quae hostie supponitur et super
calicem frangitur Et corpus quod altari
elevatur quae fuerit per patenam se
supposuit passioni Super calicem
vero frangitur ne minime aliqua
lis spargantur Frangitur autem in me-
moriam eius quia Christus fregit et
dedit discipulis suis Et frangitur
autem primo in duas partes ad signandum
duplicem perfectionem status scilicet vite
glorie et spiritualis unusquisque Subdividitur
autem una medietas in duas partes
quarum una fit pro illis qui sunt
in purgatorio, alia pro illis qui sunt
in mundo Pars autem illa quae per
primam fractionem remanet in manu
dextera sine parte super patenam de-
signat illos qui iam sunt in gloria
et iam tenet particulam illam cer-
titudine cui nulla incertitudo ad-
misceri potest et ideo dextere comparantur
Illi autem qui adhuc sunt in hac
miseria per sinistram figurantur ubi sunt
mixta obliqua Subdividitur autem
illa quae est in sinistra et quae in

dextra quia illi qui sunt in celo sta
tum uniformem iam tenent et bea
titudine iam fruuntur. Illi autem qui
sunt in miserio purgatorii quidam in mi
seria [illegible] nudi. Ideo autem illa que est
in sinistra per subdivisionem additur
ad illam que est in patena. Quia
secundum Augustinum deus habet duas manus
dextram qua miseretur et sinistram
qua punit. Illi ergo qui sunt in purga
torio in quantum illic purgantur respondent
soli punicioni. Et ideo particula que in
sinistra tenetur illos signat. Illos
vero qui adhuc sunt in presenti vita
in qua est status merendi conse
qui possunt utrumque et ideo ipsi per aliam
particulam que tenetur in dextra
manu designantur. Quia vero aliquando
dabis illi qui sunt in purgatorio con
iungentur illis qui sunt in celo ideo
illa particula sinistre manus coniungitur
illi que est in patena. Et quia illi
qui sunt in hac vita egent merito pa
ssionis Christi que ex effusione san
guinis eius processerunt ideo particula
que in dextra manu remansit que
significat illos qui sunt in mundo mitti
tur in sanguinem Christi in calice.
Item sacerdos dicens hec verba
tenet hostiam super os calicis per quod
significatur quod viventes in corpore indigent
misericordia dei et merito passio
nis Christi. Sacerdos autem volens
dicere Per omnia secula seculorum eri
git se ad signandum quod vult petere eius
stercius perpetuam domini nobiscum.
Unde subdit Pax domini sit semper
nobiscum ad signandum quod dominus per re
surrectionem pacem reddit. Et sciendum

quod dicendo Per omnia secula seculorum
elevat modicum calicem ad signandum
ipso ut plus pacem consideramus
hoc intelligat et dicat amor particula
autem quam tenet super calicem tunc
significat quod viventes ad quos pertinet merito
merito passionis et effusionis san
guinis Christi. Item per hoc quod
sacerdos alte dicit Pax domini
representat personam Christi qui post resur
rectionem dixit apostolis Pax vobis
id est pacem do vobis pectoris
in via et pacem eternitatis. Est ergo
sensus Pax domini id est pax pectoris
que est a viciis sit semper in presenti
vobiscum et in futuro eternitatis.
Ille autem tres cruces super sanguinem
Christi sunt triduum sepulture vel
tres mulieres que fuerunt ad monu
mentum Christi. Deinde sacerdos
mittens corpus Christi in sanguinem
dicit Fiat hec commixtio corporis
et sanguinis domini nostri Ihesu Christi
michi et omnibus sumentibus salus
mentis et corporis et ad capescen
dam vitam eternam preparatio salutaris.
Que commixtio significat quod anima fuit
unita corpori Christi in resurrectione
et bene hic fit Pax domini quia
per quem Christus pacificavit omnia que
in celo et que in terra sunt. Primo v
nivit anima corpori hec omnia vel
longum. Deinde sequitur Agnus dei.
Sciendum quod antequam dicatur Agnus
dei fit modicum silencium dicendo
illam orationem Fiat hec commixtio
ad signandum illud manifestum silencium

applicare quod fuit post resurrectionem
Christi antequam scirent apostoli nec essent
confirmati postquam apparuit discipulis
secundum Hug. de Paris. Dicitur autem
Christus agnus quia agnovit patrem
sibi obediendo Item mitem in cruce
pendendo vel dicitur ab agno grece
quod est pium latine quia pie se
pro nobis obtulit Canitur autem
tribus vicibus propter tres causas tacto
nos secundum Innoc. scilicet propter obedien
tiam patris propter noticiam matris et propter
redempcionem humani generis Vel secundum
Petrum Raven. dicitur ter propter
tres partes corporis Christi mistici scilicet in
celo in terra et dormientium Dicitur
autem primo miserere nobis bis ultimo
autem dona nobis pacem secundum Hugonem
ideo quia prima duo petunt amocionem
pene et culpe. Ideo tertium autem scilicet tertia
petimus assecucionem omnis boni
vel quia ipse redemit nos a mi
seria pene et culpe et dedit pleni
tudinem gratie Illud tamen dona nobis
pacem additum est propter persecutionem
tirannorum Post hec sequitur oratio
Domine Ihesu Christe qui dixisti ap
ostolis tuis pacem meam do vobis
Ubi postquam sacerdos venerit ibi C
circa quod pacificale admittat et oscu
latur patenam in sinistra manu ad
significandum quod per hoc sacramentum volt
uniri corpus in caritate Postquam
vero complevit eam osculatur reli
quias vel crucem si habet si non habet oscu
latur altare in dextra parte quod fit
ad significandum antiquum ritum ubi post
singulis diebus communicabant Sed
cum hec postea competenter fieri non
possent tamen in diebus dominicis communica
bant Sed tamen nec sic possent sine periculo
ordinatum fuit ut in tribus tamen sollem
nitatibus communicarent scilicet in natali
Pascha et pentecoste Reliquis autem
diebus osculum pacis reciperent et pa
nem benedictum Sed cum fieri non posset
in vel ubi non potest fieri panis be
nedicti ordinatum fuit ut pro eo fieret
osculatum in fine super populum dedo In
clinata capita vita Sed sciendum quod pax
non datur in missa defunctorum sed
dicitur dona eis requiem quia mortui
non indigent pace temporali quia non
sunt in perturbatione mundi huius sed
quieti sunt in deo Vel quia non sunt in
pace sed in penis secundum Hug. de Pa
ris ideo dicimus dona eis requiem
Aliqui autem dicunt in officio mor
tuorum dona eis requiem sempiternam
et locum indulgencie quod tamen diss
onat quia ibi non est locus indul
gencie eo quod illi qui sunt in purga
torio sunt extra locum militantis
ecclesie ubi solum locus est merendi
indulgencias Unde illi in pur
gatorio nullo eos merentur nec
per alios vivientes nisi dicamus quod
vivi merentur eis per modum suffra
gii quod utique est satis improprie
Si tamen illud dicatur intelligitur sic dona
eis locum indulgencie id est locum
in quo indulcentur culpis et penis
eos recolligans scilicet in malo et tunc
bene potest sustineri Item dicendum est
illa tres orationes scilicet Domine Ihesu Christe
fili dei vivi qui ex voluntate patris
et dirigitur ad filium Alia domine

sancte pater omnipotens eterne deus da
michi hoc corpus et post hoc dicat do
mine non sum dignus etc. Deinde sumpto
corpore christi et sanguine abluat cali
cem prima ablucione et sumat, secundo
abluat manus et sumat, quod tamen in
die natiuitatis domini nullo modo facere debet
quia tunc nullas debet sumere ablucionis sed com
municantibus subdere debet vel reservare
in vase mundo scilicet in ampula si non ha
bet calicem.

Postea post misse sequitur ad
gratiarum actiones que dicitur
communio. Communio que fit
in memoriam cene quod populus
singulis diebus communicabant secundum
Johannem Beleth vel ut per eam co
mmunicemus deo et sanctis. Dicitur etiam
complenda quia per eam completur
missa sed tamen complenda dicitur po
cius collecta post communionem. Sciat autem
debent fieri complende quot sunt
orationes ante epistolam et sic gratiam
subsequentem nobis veniam etc. Deinde
in dextra parte continetur liber
per quod significatur quod adhuc in fine secu
li Judei convertentur ad dextram fidei
qui modo sunt in sinistra. Juxta
illud Romanorum: Reliquie
Israel salve fiant. Deinde sacerdos
a nobis partis convertit se ad populum
dicens Dominus vobiscum. Ubi sciendum
quod sacerdos salutat populum septies
in missa. Primo ante primam collectam.
Secundo ante evangelium. Tertio post credo. Quar
to in principio prefationis. Quinto post
communionem. Sexto super. Septimo
hic in fine misse ad sensum quod tunc
est dominus nobiscum quando habemus septi
formem gratiam spiritus sancti. Deinde

sacerdos reversus se ad populum dicens
cantat Ite missa est et hoc tempore
sine omnis sensus secundum magistrum Hu
guccionem et Johannem Beleth. Ite ad
hostiam quia missa est consummata. Vel
Ite missa est id est hostia consummata est.
Vel hostia vel oblatio missa est igitur
sequimini et ite ad eam. Ite autem
regressus de missa ad patriam secundum Jo.
Beleth significat regressum populi Israel de
captivitate Babilonica cum gratiarum
actione. Ideo dicitur Deo gratias.
Dicitur autem Ite missa est semper quando
cumque dicitur Te deum laudamus
vel Gloria in excelsis. Quando autem hec
non dicuntur tunc dicitur Benedicamus.
Et sumptum est ab apostolo vel de Danielis
iij c. ubi dicitur canticum Be
nedicamus domino. Et est sensus benedicamus
domino gratias vel laudes deo. Et
est similiter cum Ite missa est. Et
ideo non vertit se sacerdos ad populum
dicendo Benedicamus domino secundum
quod numquam debemus cessare referre
gratias deo. Respondent autem simul populus
Deo gratias. Dicit Berengarius nisi
tantum dicendum Benedicamus
deum et non dominum quia benedictio
nostra non fit ad utilitatem dei sed nostram.
Nos tamen dicimus quod utrumque potest dici.
Creatura invicem benedicit creaturam
bene aptando. Creatura autem crea
torem dupliciter scilicet laudando et bene
dictionem ei attribuendo. Creator autem
augendo et hoc dupliciter vel in mente
vel in mundo sicut enim ex causa que
hec apparent. Et Hugo de Victore
dat tres regulas primo qui celebramus

spiritus sanctus in celo dicimus ite mis-
sa est quasi provocantes populum ite
festinate illuc ubi sunt illi qui
vivunt in mundo dicimus Be-
nedicamus domino quia nescimus an
sumus in gracia vel timentes dicimus ne effectus
misse in nobis evanescat. Et ad
celebrantes pro mortuis dicimus Re-
quiescant quia hoc eis competit.
Finita expedicione benedicit sacerdos
populum dicens Celesti benediccione
benedicat nos et vos. Ubi benediccio ista fit
ipse stans ad altare dextrum dicit
vertendo se ad populum contra dextrum partem altaris
Pater et consequenter ad
populum in medio altaris et filius
et ultimo vertendo Et spiritus sanctus
Amen. Per quod signatur missio spiritus
sancti in discipulos. Licet autem spiritus
sanctus eis tantum datus est tamen quia
tota trinitas hanc missionem operata
est ideo dicit pater et filius et spiritus
sanctus. Post hec omnia sacerdos
flectendo humiliter coram altari dicit
Placeat tibi sancta trinitas etc. Et hoc
incipit cum pectore cum precibus et
oracionibus consuetis. Contra hoc
multi sacerdotes peccant qui non
flectentes dicunt istam oracionem
Placeat tibi etc. cum tamen flecti con-
gruat pro tali eo quod gracias acciones
refert sancte trinitati pro beneficiis
in missa exhibitis. Et quod dampnosum
est quandoque obmittitur hanc oracionem
in quo graviter peccant. Unde legitur
quod obsessus demonio quidam
adductus fuisset ad sacerdotem cum
ille volens eicere a diabolo et
de ipsius vita sentire quesivit de
super quam de aliis dicens quid
tibi videtur de quodam sacerdote olim
fuit in ecclesia et dixit demon ideo sa-
cerdos quesivit de sacerdote suo dicens
Et quid tibi videtur de Bartholomeo
socio meo. Dixit demon bonus esset si
non subtraheret. Ille vero fuit admiratus
quod diceret eum furem cum tamen sciret eum
satis honestum. Interrogavit igitur
quid ipse subtraheret. Dixit demon
subtrahit deo illam oracionem post mis-
sam Placeat tibi etc. quod nobis
multum placet et deo magis non dis-
placet. Et vere quando fuerat ita com-
perta sicut ille dixit. Ideo caveat
sacerdos ne aliquid obmittat quod
est de consuetudine circa ea misse
observandum.

Sequuntur cautele circa
missam observande.
Et primo generales tam
clericis quam laycis. Secundo
speciales dumtaxat clericis necessarie.
Prima igitur cautela generalis est
ut ad missam conveniat homo cum
devocione et quiete ut dicitur de consecracione
distinctione decet laicos vel. Secundo ut au-
dientes missam quociens audiunt
a presbitero dici nomen domini nostri Ihesu
Christi flectant genua et caput inclinent
reverenter ut dicitur ibidem. Tercio ut
nulli prophana et mutuo confabulaciones faciant
collo quia prophanum ut ibidem dicitur.
Quarto caveat ne aliquis ante
finem misse exeat sine magna
necessitate. Ubi si quis de sermone
quod si fecit excommunicetur. magne

sicut hoc facit contempnendo sacerdotem tamquam nichil scientem / sicut solent facere quidam layci dicendo / quid audiemus istum baldum ad ego plus scio de scriptura quam ipse Contra quos est canon xxxviii dis. Sedulo etc. Et in ea nota de clericis ubi illud prohibentur Et quod clerici possint excommunicari libros expresse de conse. dis. v. Omnes fideles ubi sic dicitur Omnes fideles qui conveniunt in solempnitate sacra ad ecclesiam ad scripturas apostolorum et evangelium audiant / qui autem non perseveraverint in oratione usque dum missa peragatur nec communionem perceperint velut inquietudines ecclesie commoventes convenit communione privari Et iste est Canon apostolorum Et ibidem in Concilio Carthaginensi dicitur Sacerdote in ecclesia verbum dei faciente qui egressus fuerit de auditorio excommunicetur Et in concilio agatensi ibidem habetur expressius die dominico secularibus totas audire speciali ordine precipimus ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat quod si fecit ab episcopo publice confundatur Ubi dicit glossa hoc dicit propter tum Unde contra populum facit ut qui diebus dominicis non audiit Hoc est etiam contra illos qui veniunt ad missam non audiunt quid ibi legitur aut predicatur sed clamant clamorem sicut Judei synagogam cum tamen dicatur in prophetia Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Et de talibus potest dici illud prophetie

In circuitu impii ambulant Contra quos est expresse Canon Anastasii pape de conse dis. i. Apostolicam ubi dicitur quod dum legitur evangelium non sedentes sed stantes et cetera debemus audire Si ergo sessio prohibetur multo magis discursus et cetera hoc est libros in c. Et ideo ibidem Ubi ergo dicit esse standum ad evangelium et preparandum et in hunc clamandum ad post toto corde neque aliquid carnalis hominis et secularis cogitandum. Si si prohibetur carnalis cogitatio quanto plus carnalis loquela et confabulatio Caveant laici ne vacui die festo veniant de conse dis. i. Omnis homo Omnia scriptum est Non apparebis in conspectu dei vacuus hoc est consilium secundum glossam Dicit tamen glossa ibidem Nisi sacerdos est pauper potest omnia subtrahere parrochianis nisi sint Ut de Symo c. Cum sit Sexto caveant quilibet ne audiendo missam in manibus prope altare appropinquent Ut de vi et ho. cle. c. i. Et ista essent intimanda populo ut reverentiam erga sacramenta ecclesiastica habeant

Et primo caveat sacerdos ne in vestibus et ornamentis sordidis celebret sed ornamenta pocius munda melius dispositionem videt et munda facultatem honorare ecclesie melius quam perdit comparare Unde dicit Stephanus Episcopus familiari amico Hylario Ornamenta ecclesie quibus domini

ministratur et sacrata debent esse
et honesta Contra illos qui de
bonis ecclesie comparant eis bona ad
pecuniam mensas et ornatum pro mis
sa comedia frequenter nec debent in
calicibus qui in aureis vel argenteis ca
licibus celebrare permittitur in Canon
scienter hic calicem propter paupertatem
de conse. dist. i. calix
Secundo caveat ne plures missas
una die celebret preter diem nativi
tatis christi ubi tres celebrantur Et
sine necessitate magna Et hoc in iste
casibus scilicet ut si post missam celebra
tam de die acciderit funus tunc in
prima missa non sumendo aquam
ablucionis potest celebrare requiem
Item si acciderit hospes magnus ut
princeps vel magnus dominus qui non
audivit missam Item si acciderit
sponsi qui voluerint audire missam
Item si aliquis habet plures ecclesias
propter paupertatem vini commendatas
Item si supervenerint peregrini Extra de hiis
habes c. i. de celebratione missarum
et c. Consuluit Dicit tamen Franciscus
de Zabarellis ibidem quod hoc est fugi
endum nisi necessitas illud suadeat
Tercio caveat celebrans ne sine
lumine et candela celebret Ut de ce
lebratione missarum litteras Cum ma
opus est tamen lucis esse Ut
ibidem dicitur in c. Plane
Quarto caveat ne plus ponat de
aqua quam de vino ut dicit Host. in
c. Perniciosus de celebratione mi
ssarum tamen credendum quod debere
cristi maior quantitas convertitur sanguis
quam aque cum valeat sit conversus san
guinis quam aque Ut dicitur in c. Cum
quadam ibidem
Quinto caveat ille qui est solus in
aliqua ecclesia ne propter missam pecu
liarem vel privatam seu ex devotione
celebrandam obmittat missam de
die Ut dicitur in c. Cum de celebra
tione missarum
Sexto caveat ne dicat missam ad
aliquam peticionem propter hoc principaliter
Ut habeat bonas sagittas Ut sibi
in hastiludio bene succedat Cum
ista secundum Hostiensem reprehenduntur in c.
quia de cele. missarum Multo for
cius ergo caveat ne legat missam
Ut aliquos deus perdat quia tales
merentur perire et esse deponendi Extra
Hostiensem est in c. quod ubi supra
Septimo caveat ne nimis mane
celebret scilicet ante diem quia secundum
[illegible] istud sacramentum pertinet ad
diem gratie sicut dicit Apostolus
Ad Romanos xiii Nox precessit Con
tra illos qui tamen volunt orare ante
diem et tamen in audita dicitur cantare Ex
cipitur tamen nativitas Christi in qua
canitur missa in media nocte propter
significationis statum eorum quod ante legem
qui fuit in tenebris Ut dicit glo.
de cele. missarum Veterum episcopus
concessio videtur secundum Hostiensem cum quis
sit in via proponit matutinum quam alias
Ut de pri. c. Ubi lo. vel
Octavo caveat ne legat missam
quis nisi post matutinum primam et

etiam hora qua quo hora tercia dicitur cristus passus et crucifixus linguis Judeorum videtur quod tunc est hora conveniens celebrandi secundum doctores modernos/

Oportet semper orare Luce xviii Sic dicit Henricus de Urimaria de perfectione interioris hominis li. o. v c. l Congrui visi hominis corda quod perfecto ad integram et indisruptam orationis perseverantiam tendit et qui tu humane fragilitati conceditur ad continuam tranquillitatem mentis uniri debet et ad eius perpetuam puritatem propter quam possidendam et circa laborem corporis et contractionem spiritus indefesse quinimmo et iugiter [illegible] et sicut ad orationis perfectionem omnino tendit scientia virtutum sit nec tempore virtutis absque orationis iugitate et perseverancia potest compleri [illegible] salvator noster amonet nos ut per hanc perseveranciam [illegible] teneamus dicit Oportet semper orare Non est autem intelligendum quod homo sic continue orare debeat ut nec dormiat nec comedat vel non laboret sed quod instantibus temporibus oret Unde dicit Beda super Lucam super hoc themate notandum quod hoc dicto semper non imputat continuitatem temporis quia apparet interrupi tempore dormicionis vel aliarum necessitatum sed importat

instanciam orationis temporibus et hore ad hoc congruis Unde dicit Beda super locum istum Dicendum est semper orare et non deficere qui canonicas horas rogat non desistit Preterea quo facit illud quod in collacionibus patrum legitur de abbate lucio qui iactantes quosdam monachos quod sine intermissione orarent et nullum opus aliud facerent corripiens dixit quando manducatis vel bibitis quis pro vobis orat quo audito illi obmutuerunt ille vero consequenter subiunxit Ego quidem vobiscum operans manibus meis sine intermissione oro sedeo enim faciens palmulas et facio ex eis sportas et dicens miserere mei deus et illas sportas vendens pro sedecim nummis duos pono ante hostium domus ut qui recipit oret pro me tempore quo ego manduco vel dormio atque ita impletur a me quod sine intermissione oro Ad quem sensum iste [illegible] laboriosus sicut [illegible] laicalem oppositum et manuali labore insudante qui ut dicit [illegible] non valens continue pre occupacionibus orationi vacare labore manuali et corporali et de labore suo bona temporalia possessiones oblaciones et elemosinas reddit et proventus pro sanis [illegible]

psolvit hec utique intencione vt eo
sufficiente vel desistente a magistro ore
persone spirituales deinde quatenus vt sic
semper in ore videatur Cum quidem
status spiritualis semper orare dicatur
cum horis septem tam nocte quam
die competenter distincte septem vi
cibus horas canonicas persolvit quia
racione quod canonica dicitur septem
horarum canonicarum officium pensu
finaliter appellant Ut in c. i de
cele. missarum Ex quo patet totum
clerum in sacris constitutum obligari
ad horas canonicas singulis di
ebus dicendas Circa quarum co
siderationem ut facilius memorie co
mendentur que sequitur ponuntur ali
qua dubia per questiunculas brevi
ssimas cum solucionibus eorundem
Et primo queritur an omnis clericus in sa
cris tam beneficiatus quam non bene
ficiati ad horas canonicas teneantur
Et dicendum secundum Jo. an in c. i de cele.
missarum et in glo. viii de cele. mis
sarum quod sic Item nota Archidiaconus
xci dis. Eleutherius ubi ipse dat
huius dicti racionem dicens quod ordini
sacro officium est annexum unde et
diacono dicitur in ordinatione sua
Vide attende si feristi ad ecclesiam
tardus modo sis velox si sompno
lentus modo sis vigilans Et si dicatur
forte non habet beneficium de quo sustinetur
Respondeo quod imputet sibi et episcopo
qui eum sine titulo ordinavit
Item dicit Archidiaconus v c. ii dis. in
c. Si quis psallitur Et licet quis

sponte ordinem suscipiens se huic
necessitati supponit non tamen ita tenetur
in esse ecclesiasticis officiis sicut ille
qui est ad hec deputatus secundum Hu
gwicionem qui eciam credit quod qui non esset
aliena ecclesie clericus cogi debet divinis
officiis interesse et hoc si commode po
test fieri esse/
Secundo queritur quid si clericus bene
ficiatus nescit legere Respondeo non ex
cusatur quia debet scire legere alias priva
bitur beneficio cum tales debent
habere competentem scienciam ut dicitur
in c. Cum in cunctis de electione co
petens aut sciencia secundum Archidiaconus
xxxvi dis. Clericos ut sciat
